BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
152
F
49
A

103
P
91.

qn 9v:

Google


Digitized by Google

Digitized by Google



RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM,
INEDITORVM ADHVC.
TOMI TRES
EX MVSEO
IO. PETRI LVDEWIG, Icti,

POTENTISSIMI PORVSS. REG. CONSILIARII INTIMI ATQVE IN REGIMINE DVCATVS MAGDEBVRGICI, FRIDERICIANAE PROFESSORIS ET PRINCIPALIS TABVLARII ARCHIVARII.



FRANCOFVRTI & LIPSIAE, CIↃ IↃCC XX.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
LVDOVICO OTTONI,
NOBILI DOMINO
DE
PLOTHO,
DYNASTAE IN PAREY, GERB-
STAED, REESEN, GVTTER,
ILENBVRG,
CETERA,
POTENTISSIMI PORVSSIAE REGIS
IN SANCTIORI CONCILIO SENATORI,
ATQVE
SVPREMORVM TRIBVNALIVM
PRAESIDI,
DOMINO MEO MVSARVMQVE
PATRONO INDVLGENTISSIMO
S. P. D.

IOAN. PETR. LVDEWIG.



ILLVSTRISSIME ATQVE
EXCELLENTISSIME DOMINE, PATRONE, MVSIS MEIS INDVLGENTISSIME,

NOn tam mihi & meis muſis, quam TVAE indulgentiae debentur monumenta, quae in hiſce VOLVMINIBVS in lucem & commo-

moda eunt hominum patriae iuris & notitiae ſtudioſorum. Scilicet uti languent artes, praeſertim in hoc genere, ſi inter magnates & proceres reipublicae deſint, qui illis pretium habent excitantque ad earundem uigilias & cultum: ita egomet meorum, quam magno etiam aere meo illa conſtent, fere oblitus eſſem aut reliquiſſem illa incertorum heredum fatis, maſcula prole deſtitutus, niſi ſubinde fuiſſem admonitus TVO iuſſu ad edendum & promulgandum. Non in hoc argumenti genere liber prodit, quin redimas eum; quin manibus uoluas; quin gaudeas de noua hiſtoriae & iuris Germanici acceſſione. Memini, TE olim illud animo tuo praeſagiuiſſe: in nouo hoc ſeculo, quod tum ingreſſi fueramus, Germaniae noſtrae futuram eſſe quandam rerum omnium anaſtaſin innumeraque ueteris aeui monumenta uiſura eſſe lucem, quae nouam faciem datura ſint ſyſtemati Germanici imperii. Addita, cum aliis cauſis, etiam hac: quoniam Germaniae no-

ſtrae hiſtoriam nunc iureconſulti tractent, qui olim capti fuerint occupatique rebus Latii ſolius. Illis enim intellectum iri, quantum iuris & aequi in ciuilibus pariter atque publicis cauſis pendeat ex his inferiorum temporum ſcriptis, membranis & codicillis. Res ipſa nunc loquitur teſtaturque TVAE praeſenſionis & praeſagii admirabiles & uere ſtupendos euentus. Inde enim a uiginti annis, quos numerauimus in nouiſſimo ſeculo, quot quaeſo! uetuſtioris Germaniae libelli, diplomataria, bullaria aliaque ex publicis tabulariis iuerunt in librarias tabernas, ut nunc legi ac relegi poſſint a iuris priuati & publici, ſacri & ciuilis conſultis indeque aperiri priſtinorum patriae inſtitutorum rationes, clauſae ac tectae omnino maioribus. Neque uero hoc genus litterarum tantummodo in TVA indulgentia patronum habet: ſed etiam iudicem & aeſtimatorem peritiſſimum. Vti enim diuini & humani iuris decreta adoleſcen-

leſcentiae ac iuuentuti TVAE, mira ingenii felicitate, inſtillata ſunt perceptaque: ita maturiori aetati TVAE uſus rerum, uere mirificus, acceſſit, cum in diuerſiſſimis uerſatus fueris argumentis, nunc in priuatis cauſis decidendis; nunc in publicis ſcribendis ac aeſtimandis; nunc in munere obeundo iudicis; nunc in ſparta exornanda legati & rerum publicarum adminiſtri. Vt ueriſſime dici queat illud: TE ſcenas multiplices laudabiliter inſtruxiſſe. Et ſane uniuerſae Germaniae principum oratoribus & rerum adminiſtris tum praecipue innotuere animi TVI uires, litterae, artes, uigiliae, calamus, conſiliorum prouidentia; cum de IMPERIALIS CAMERAE reſtituendis & emendandis rationibus comitia haberentur, quibus TV, nomine principis TVI auguſtisſimi, legatus adfuiſti & in ſuffragiis TVIS expertus & meritus es aliorum facillimos & frequentisſimos adplauſus. Qui ideo fieri debuere eo maioris, quo liberiores animi Germanorum prin-

cipum in hoc genere conuentus eſſe ſolent, ut locus hic nullus aut pigmentis aut rebus aliis, quam idoneis iuris & aequi argumentis, quibus ſuffragia conſiliaque TVA refertisſima fuerunt, ut non tam illis alii accederent, quam publicae ſaluti & aequitati. Quod magis, non TVA ſolius indulgentia ſatis eſt ad ſtudium rerum iuriumque patriae noſtrae adaugendum, etiam aliorum purpuratorum concilias illis fauorem. Silentio nunc ueneror illud cum in Poruſſico regno, tum in orbe cultiori uniuerſo illuſtriſſimum nomen TOT HANT, rerum, quae in urbe ac orbe inde a tot luſtris fiunt, arbitri, auctoris & actoris prouidentiſſimi, cuius memoriae gratiſſima recordatio in ultimi ac nouiſſimi ſeculi floret florebitque aeternum hiſtoria. Pro cuius ſenecta longaeua toties uota concipimus, quoties rerum ciuilium cogitamus in Europa uiciſſitudines & conuerſiones. Nouisſimum uero exemplum illud eſt, quod precibus ac litte-

ris

ris TVIS effeceris, apud illuſtriſſimum & excellentisſimum uirum, BARONEM AC DOMINVM DE KNIPHAVSEN, inter alia plura gentis, munerum & ſacri ordinis decora, quibus eminet, regis etiam ſui auguſtisſimi legatum & oratorem in regnis fere omnibus Europae propemodum uniuerſae nunc *Daniae*, nunc ultimae *Hiſpaniae*, nunc *Galliae*, nunc *Sueciae* iterumque in curia & archiſolio *Auguſtali*, ut *Pariſiis* copiam erogaret reportaretque codicis anonymi HISTORIAE MAGDEBVRGICI PRINCIPATVS, unde inſignia lumina ac momenta, quae ad pleniorem pertinent huius prouinciae notitiam & adparatum. Imo etiam plurium aliorum ſpem fecit Vlyſſes ille, ſuismet impenſis procurandorum, ſi ita rebus Germanicis fieri poſſet acces-ſio noua reique litterariae aliquod incrementum. Quo nomine uiro magni conſilii, uſu rerum hominumque peritisſimo, gratias decernimus & itineri illius, quo eum ex ſeptemtrione

cum publicae ſalutis adorea reducem expectamus, noſtris uerbis bene precamur. Quod maximum eſt, aere etiam TVO, ex omnibus Europae plagis & angulis, magna animi contentione, congeris ac conducis LIBRORVM MANVSCRIPTORVM copiam, numeros, adparatum. Qui plurimis uoluminibus ſufficeret, ſi quidem ſpem, olim factam, explere uelles atque illos, quod omnino uouemus, prelo committere. Memini olim de CVNRADI HALBERSTADIENSIS chronico, cuius posſideas pulcherrimam membranam. Etiam chronicon MONTISSERENI, nuper inter Luſaticos ſcriptores, cum iisdem mendis recuſum, quibus olim ſcatuit, in tua uidi ſupellectili EMACVLATVM ex uariis codicibus & inſtructum non ſpernendis ſupplementis. Taceo alia plura, & inſignem illam DIPLOMATVM diuerſi aeui & argumenti farraginem, nuperrime mirum adauctam, cum eius generis cimelia

uenum

uenum proſtarent ſub haſta. Illa tantummodo, in quibus gentilium TVORVM geſta & nomina conſpiciuntur, inde a ſeptem ſeculis illuſtria, magnos numeros habent reſpondentque moli & amplitudini libri ſingularis. In DOBERLVCENSI DIPLOMATARIO noſtro, quod tomo I. dedimus, duo codicilli, anno MCCLXXXV. ſcripti, mentionem faciunt HENRICI DE PLOTH (*). Sed in Magdeburgico tabulario NOBILIVM DOMINORVM ac DYNASTARVM DE PLOTHO, tam celebris & frequens eaque uetuſtiſſimorum temporum memoria eſt, unde non ſolum gentis TVAE antiquitas, ſed etiam illud intelligitur, eandem ſupremi ordinis nobilium incolarum claſſi accenſitam fuiſſe. Illud enim ex medii aeui hiſtoria & rationibus omnino conſtat, formulam hanc: NOBILIVM VIRORVM, in uernacula DER EDLEN *oder* EDLEN HERREN, qua olim

(*) Diplomata euolui ac legi poſſunt *tomo I. num.* 92. *p.* 124. atque *num.* 106. *pag.* 146.

liae, quod huius gentis teſtantur hiſtorici in iisque Spangenbergius. Imo etiam illud inuenitur in plenae fidei codicillis: NOBILES ſiue NOBILES DOMINOS de PLOTHE uſos fuiſſe uerbis ac formulis DEI GRATIA. Quod ſeculi XIII. monumentis & diplomatibus firmauit oſtenditque Anhaldinorum annalium ſcriptor celeberrimus (*). Quo ipſo iterum Querfurtenſibus dynaſtis illi fuere ſimiles, qui pariter in ſuis libellis ſchemate DEI GRATIA nunc uſi ſunt iterumque illud, quod ſcripſi alias, omiſerunt. Hoc omne cum ita ſit, mirum non eſt, in Marchiae & huius principatus uicinia, inde a ſeptem ſeculorum interuallis, aliquid memorabile non contigiſſe, in quo NOBILES DOMINI DE PLOTHE non illu-

VM de; NOBILIVM DOMINORVM vel etiam DOMINORVM de fuiſſe ἰσοτίμυς.

(*†) *Ioh. Chriſtoph.* BECHMANNVS in Anhaldinorum annalium hiſtoria Part. VII, c. 2, de familiis illuſtribus & ſigillatim p. 242. de NOBILIBVS DOMINIS DE PLOTHE. Cui in ſupplementis acceſſerunt plurima momenta inſtar foecundi ſpicilegii.

illuſtre habuerint nomen. Quo ipſo facile iam eſt ad intelligendum, quam multum facere queant PLOTHIANAE FAMILIAE monumenta ad notitiam rerum Germanicarum. Vt omnino e re ſit harum litterarum; has etiam chartas a TVA indulgentia, domine, requirere & erogare. Scimus, quam ingenti negotiorum mole obruaris, in tot curiis & tribunalibus ſupremis arbiter ac praeſes, imo ſanctioris etiam ſenatus collega purpuratus: ſed praeterea illud nobis uſu conſtat, quod humeri TVI onera ſuſtineant multiplicia, ut, ubi ſingulis non ſufficiant ſinguli, uniuerſa contineant perferantque TVAE uigiliae. Scripſi in FRIDERICIANA die V. kal. menſ. APRILIS anni cIↄ Iↄ ccxx.

RELIQVIARVM
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
A C
MONVMENTORVM
SINGVLARIA
ARGVMENTA.

TOMO I.

I. PRAEFATIO de VSV & PRAESTANTIA DIPLOMATVM & diplomaticae artis Porro de BELLIS DIPLOMATICIS, cum in GALLIA excitatis, cum in ITALIA atque in ſupremis GERMANICI imperii tribunalibus.

Inde haurire licet cum AVCTORVM ARTIS DIPLOMATICAE pleniſſimam notitiam, tum LIBROS, refertos diplomatibus, imo *uiginti quatuor* in cauſis momentoſis *proceſſus*, qui pendent a diplomatum fide aut genuina aut ſuſpecta.

II. DIPLOMATARIVM DOBERLVCENSE CC. diplomatum inde ab anno cIↃ CC. ad annum cIↃ CCCCL. cum *uerſione* & recenſione *ſigillorum* in uernacula.

III. DIPLOMATARIVM EILWARDESDORFFENSE C. diplomatum inde ab anno cIↃ CLVII, ad annum cIↃ IↃ.

IV.

IV. DIPLOMATARIVM MISCELLVM diuerſorum temporum & locorum.

TOMO II.

I. RECENSIO rerum in hoc uolumine contentarum.

II. CHRONICON KIRSCHGARDENSE reipublicae & epiſcopatus Wormatienſis ab origine ad annum cIↄ Iↄ. inſignium monumentorum.

III. DIPLOMATARIVM BOICO-VENEDVM Ludouici IV. Bauari Caeſaris, quo filios inſtruxit Marchiones Brandenburgicos.

IV. DIPLOMATARIVM VIENNENSE, cuius Petr. Lambecius fecit olim ſpem. Refertum diplomatibus C.

V. DIPLOMATARIVM PEGAVIENSE cum ſigillis aeri inciſis annorum cIↄ c. cIↄ cc. cetera.

VI. DIPLOMATARIVM MISCELLVM 1) Hohenloicum 2) Limburgicum 3) Wormatienſe 4) Schwarzburgicum annorum cIↄ, cIↄ c, cIↄ cc, cetera.

TOMO III.

Gaſp. BARTHII COMMENTARIA & GLOSSARIA ad ſcriptores medii aeui Bongarſianos geſtorum DEI per Francos in palaeſtina.

I. ANO-

I. ANONYMVM (1) anno clↄxc.

II. ROBERTVM monachum clↄcxx.

III. BALDERICVM archiepiſcopum Dolenſem anno clↄxc.

IV. *Raimundum* AGILEVM canonicum Podienſem.

V. FVLCHERIVM (2) Carnotenſem an. clↄlix.

VI. GAVTHERIVM cancellarium an. clↄcxv.

VII. GVIBERTVM (3) abbatem S. Mariae Nouigenti clↄc.

VIII.

---

(1) Manet hic auctor incertus. Singularia uero ſunt, quae commemorant *Ioann.* MABILLONIVS atque *Michael* GERMAIN, quae ex *tom. I. parte altera muſei Italici p.* 130. huc tranſcribemus: *ſubſequens liber de* SACRA EXPEDITIONE IEROSOLYMITANA *abſque auctoris nomine habetur in* CASINENSI *bibliotheca. Hunc librum uidit atque in compendium redegit auctor ille, qui primo loco inter* geſta DEI per Francos *editus eſt. At multa ſingularia praetermiſit, quae in libro ſequenti referuntur.* Vnde haberet iterum editor futurus, quod in uoluminibus rerum per Francos in oriente geſtarum adaugeret & adornaret. Sigillatim loca notauit p. 236. 237. Mabillonius.

(2) Fulcherium hunc, rerum ab anno clↄxcv. ad annum clↄcxxvii. in bellis Hieroſolymitanis geſtarum, edidit iterum Franc. *du* CHESNE cum acceſſione, quam *tom. IV. rer. Franc. p.* 816. his uerbis deſcripſit: *initium hiſtoriae huius* (Fulcherii Carnotenſis) *usque ad cap. XIX. libr. I. ex editione I. Bongarſii deſumtum eſt. Quia in manuſcripto codice deerat. Reliqua editis auctiora ſunt adiectaeque etiam capitum inſcriptiones ex eod.*

(3) Huius ABBATIS GVIBERTI cum opera alia omnia, tum hanc

VIII. BARTHOLFVM Peregrinum de NANGEIO an. clↄ xc.

IX. LISIARDVM Turonenſem an. clↄ c.

X. GVIDONEM Adduanenſem.

XI. OLIVERIVM SCHOLASTICVM (4) Colonienſem an. clↄ cc.

XII. RECENSIO praemiſſa & ſponſio futurorum.

hanc *hiſtoriam geſtorum Dei* per Francos edidit iterum *Lucas d'* ACHERY monachus Benedictinus *Lutetiae* 1651. *f.* Cum ad duos codices manu exaratos ille emaculauerit librum hunc, omnino inde ulterius poſſet emendari.

(4) Ex hoc OLIVERIO SCHOLASTICO, quod ipſe BONGARSIVS quondam ſuſpicatus, *tertius liber* confectus atque tributus eſt *Iacobo de* VITRIACO, auctoritate ſolius *Iacobi* GRETSERI, qui eum inſeruit libro ſuo, inſcripto HORTVS CRVCIS. Sed temere nimis, licet hic Ieſuita ceteroquin bene meritus ſit de huius argumenti hiſtoria. Praefationem, quam CANISIVS *tom. VI. p.* 1323. adnexuit, etiam ante habuit Bongarſius. Verum has errationes nunc diſſiparunt *Edmundus* MARTENE & *Vrſinus* DVRANDVS, quibus, ut rerum anecdotarum aliarum, ſic etiam gloria debetur huius LIBRI TERTII, *tom. III. p.* 268. principio in lucem educti ac promulgati. Quorum induſtriae ſingulari referimus quoque acceptos libros alios, GESTORVM DEI PER FRANCOS uoluminibus adiungendos. Dum haec ſcribo, inuiſit muſas meas uir doctus, *Ioan.Georg.* ECCARDVS, conſiliarius & hiſtoriographus regalis. Cui cum oſtenderem mea, reddidit me certiorem: quod & ipſe poſſideat codicem membranaceum OLIVERII SCHOLASTICI de expugnata Damiata. Eum non ſolum hanc hiſtoriam pleniorem habere, quam eam dederint Marq. FREHERVS & Thomas GALE: ſed etiam HISTORIAM REGVM TERRAE SANCTAE, ineditam adhuc. Ipſum uolumen primum fuiſſe ROTTENDORFII, deinde epiſcopi PADERBORNENSIS Forſtenbergii: a quo OVERHAMVS praepoſitus S. Ludgeri ad muros Helmſtadienſes acceperit. Demum acceſſerit illud ſupellectili librariae ECCARDIANAE.

PRAE-

PRAEFATIO

AD

RELIQVIAS MSCTORVM
ATQVE
DIPLOMATVM
OMNIS AEVI.

MAneo in illa ſententia ; ante rei publicae noſtrae noritiam non fore ſinceram , genuinam, conſtantem, integram , omnique fallacia, fuco, fraude & pigmento liberam, quam habeamus & HISTORIAM DIPLOMATICAM & DIPLOMATICAM IVRISPRVDENTIAM, ſiue illa PVBLICA ſit ſiue SACRA ſiue CLIENTELARIS ſiue etiam CIVILIS. In eo omnes habeo conſentientes ; ſcire, quid olim geſtum ſit in Germania noſtra, hoc idem illud eſſe, quam noſſe, quid in ea hodieque iuris ſitque faciendum & fugiendum. Eſt certe ſola patria noſtra, quae priſtinis moribus, legibus ac formula uiuit: cum alia Europae regna habuerint multiplices conuerſiones iuerintque nunc ex adductis imperiis in abſoluta, iterumque in adducta

DIPLOMATVM in Germania neceſſitas & uſus.

Non in aliis regnis, quorum formulae mutatae.

ex abſolutis. Quo ipſo illud fit, ut priorum temporum recordatio parum illis aut nihil profit ad intelligendum & iudicandum res aeui praeſentis. Quid e-
exemplis
a) GALLIAE. nim quaeſo ! proficiet iureconſultus GALLVS, ſi ſciuerit docueritque; ueteris Franciae reges inde a Pharamundo aut Merouaeo non libere regnauiſſe, ſed ad nutum & uoluntates ordinum, qui in imperii egerint ſocietate? Poſtquam reges Galliae hodierni omnia faciunt ex ſuo arbitratu &, quod lubet, id illis licet. Qui priſtinae reipublicae etiam ſchemata horrent damnantque. Quod exemplum me docuit in pace RISVICENSI, quae principio hac formula fuerat inſcripta: pax inter imperatorem & imperium ab una, & regem & REGNVM Galliae ab altera parte. Sed ultimum hoc execrati ſunt Gallici legati inſtar criminis laeſae maieſtatis. Neque noſtros audiuere, qui uerbum excuſauerant defenderantque, quod, intuitu Germaniae, quoque facta ſit eadem mentio nomine IMPERII; quod olim is ſtylus Galliae fuerit curialis. Nam repoſuerunt Galli : rerum temporumque faciem in Galliis mutatam omniaque ibi pendere a nutu regis unius, quod in Germania factum non ſit, quae priſtini moris ſit retinentior. Contra in ma-

gnae

gnae BRITANNIAE regno quis foret uſus, nisi forte in turbidis & maleferiatis ingeniis, ſi quis in formulam imperandi, qua uſus eſt GVILIELMVS ille rex CONQVESTOR, indagauerit ſolicitius docueritque: nullam tum ordinum auctoritatem in imperio. Scripſiſſe eundem leges; collegiſſe militem; indixiſſe & auxiſſe tributa aliaque omnia feciſſe, ſine ullo procerum regni interceſſu. Vnico uerbo omnem hunc adparatum deſtrueret & eneruaret Britanniae iureconſultus, dicendo: HODIE VERO ALITER & auctoritas in hiſce ſalua regni ſenatoribus in PARLAMENTO. Atque hoc fine animum circumferat mecum aliquis per Europae alia regna quaeque & mecum ſentiet; ſolam Germaniam ſupereſſe ab hac metamorphoſi liberam. Quemadmodum igitur in aliis Europae regnis iureconſulto parum aut nihil prodeſt hiſtoria: ita in Germanico imperio iuris, maxime publici, proram abſoluit ac puppim. Quapropter mirum non eſt, in hiſtoriae Germanicae ſtudio animos defigere Germaniae iureconſultos: cum in aliis regnis illa relinquatur hominibus otio abundantibus litterario, philoſophis, monachis, theologis aliisque a rerum forenſium & curialium tractatione alienis.

b) R. BRITANNIAE.

HISTORICORVM Germaniae inertia & ſtupor.

§. 2. Quod cum ita ſit, pudeat tamen Germanos ciues, quod extraneorum regnorum ſcriptores ſuae patriae hiſtoriam nihilominus longe inſtructiorem reddiderint, otii ſolius litterarii & curioſitatis ergo, inſtar περιεργίας, quam illi, qui in republica uiuunt, ubi hiſtoriae & res olim geſtae inſtar legis ſunt etiamnunc, imo ipſas leges illuſtrant, explicant, nonnunquam ſuperant quoque & uincunt. Nolo in ruborem dare ciues meos, conferendo eorum in hiſtoriae cultu induſtriam cum populis Europae propemodum uniuerſae, cum certiſſimum ſit, illos pauciſſimorum aequare ſolertiam, a plurimis autem longiſſimo ſpatio ſuperari & tantum non relinqui ſegnes & incurioſos huius argumenti. Quem non pudeat ſuae patriae hiſtoricorum, qui numeros & peritiam cogitat expenditque ſcriptorum & omnis aeui monumentorum Galliae, Angliae & ultimae etiam Hiſpaniae. Habemus etiam nos uolumina rerum Germanicarum. Verum cedunt haec adparatui in hoc genere extraneorum, ſi non multitudine, pretio tamen, fide, peritia, cultuque illorum, quorum nomina hic comparent. Pauciſſimis exceptis, noſtri hiſtorici, inferioris praeſertim aeui, ſunt infimae ſortis, barbari, mo-

monachi, myſtae, homines rerum conſiliorumque expertes, qui fabulis indulgent; qui nubem pro iunone habent; qui in ſacris ſuperſtitioni immerſi in clericos & pontificem; qui formulam reipublicae, cuius ignari ſunt, turbant, polluunt & maculant; qui naeniis & rebus nauci capiuntur, illis, quae iurium momenta ſecum trahunt, neglectis aut puerili iudicio aeſtimatis; qui ſtrages, clades, caedes, praelia, pugnas commemorant, ſed earundem non produnt cauſas, conſilia, exitus neque pacis aperiunt tabulas & argumenta. Atque haec cauſa eſt, quare patriae hiſtorici idonei non ſint ad fontes iuris & aequi in Germania recludendos, tantum abeſt, eosdem ſufficere his rerum inſtitutis.

Eorum lacunas ſupplent tot DIPLOMATVM numeri.

§. 3. Non igitur ita felicibus eſſe licet Germanis, ut ueteris reipublicae faciem diſcant ab hiſtoricis, inſtar Romanorum, quorum hiſtorias uiri ſcripſerunt principes, ſcientia ac uſu rerum periti, ſagaces, prouidi, in toga & ſago, bello ac pace uerſatiſſimi iudiciique uere ſubacti & perpoliti. Verum enimuero, quod Germaniae deeſt hiſtoricis, illud, laudatiſſimo ueterum inſtituto, ſupplent immenſi diplomatum numeri, quae in principum & ciuitatum tabulariis hodieque ſuperſunt & oculis legentium ob-

Quae fere exulant apud Romanos.

uerſantur, quibus ex aduerſo deſtituitur fere Latium. Scilicet ſaepe mecum cogitaui, quo acciderit demum caſu, quod, in tanta hiſtoricorum ubertate, deſideremus Romana inſtrumenta & libellos contractuum, largitionum, priuilegiorum, ſucceſſionum, foederum, pacis, transactionum, ſententiarum, edictorum, reſcriptorum, mandatorum & quae ſunt generis eiusdem: quorum omnium in Germaniae archiuis, tanta copia, numeri, abundantia. Niſi enim quaedam ſupereſſent in Romanis hiſtoricis & legum codicibus ac pandectis, uix eorundem aliquid ad noſtra tempora perueniſſet. Inde in hoc formularum genere iureconſultos oportuit omnia conquirere fruſtatim ex hiſtoricis, philoſophis & oratoribus Romanis. Siue igitur penuriam eius ſortis monumentorum reponas in moribus Romanorum, quod raro contraxerint in litteris: ſiue exiſtimes, tantam Romanorum ſcriptorum excellentiam chartas illas ſingulares ſuffocauiſſe, quod maluerint illos conſulere, quam has legere & adſeruare: ſiue crediderís etiam, bella & incendia ſchedas ſingulares abſumpſiſſe, contra autem factum eſſe in praeſtantioribus libris, quorum innumera deſcripta ſint exempla, quo ipſo alia atque alia effugerint hos caſus. Quicquid ha-

harum cauſarum ſit, noſtra parum intereſt, cum, quod periit ſemel, nequeat reuocari in lucem.

§. 4. Illud uero magis ad rem eſt: quo demum fato conſilioque ſit factum, ut medii aeui tempora, etiam infantiſſima, adeo feracia & foecunda ſint eius generis monumentorum, quorum hodieque, poſt tot bella incendiaque, quae omnia fere Germaniae archiua paſſa ſunt, multitudo ſupereſt uere immanis & immenſa. Sunt certe cuique in Germania COETVI ſiue ſacro ſiue TRIBVNITIO arcae & capſae litterarum; cuique COLLEGIO & foro tabulae publicae; cuique CLIENTI nobili codicilli clientelares; cuique OPPIDVLO priuilegia, ſtatuta, matriculae; COENOBIO cuique litterae fundationum, dotationum, immunitatum, peculiarium inſtitutorum; cuique demum PRINCIPATVI tabularia multiplicia ſanctius, curiale, prouinciale, imperiale, ciuile, feudale, conſiſtorianum, camerale & quae ſunt reliqua, undique refertiſſima diplomatum. Quod ſi omnium horum aliquis ſubduxerit calculos, deueniet ad infinitionem & innumerabilitatem. Sed etiam nunc quotidie maiores auctus accipiunt tabularia, poſtquam nihil agitur contrahiturque, quod litteris non ſit conceptum & corrobo-

ABVNDANTIA DIPLOMATVM medii aeui.

ratum curiali aut principali codicillo. Accedunt porro epiſtolarum copiae maiores, ob noua celerum inſtituta, qui bis hebdomadatim in orbis omnes plagas excurrunt reueniuntque inde, ut, uiliſſimo pretio, ſcribi poſſit iterumque reſcribi, quid rerum fiat in orbe propemodum uniuerſo. Taceo priuatas ſcripturas alias, cum noſtro aeuo litterarum elementa fere tam communia ſint etiam plebeis & infimae ſortis hominibus, quam locutio & oratio. Quo rerum ſtatu illud fiet, ut demum copia inſtrumentorum laboret multitudine, confundat lectorem & turbet ſuperetque eius uires & aetatem. Quod ipſum occaſionem dederit, concipiendi uota, pro litterarum incendiis, ſiquidem flamma ſciuerit facere inutilium ab utilibus ſelectum.

Cauſae DIPLOMATVM tantae MVLTITVDINIS.

a) Praeſcriptio & *uſucapio exules* in Germania.

§. 5. Ceterum quoties egomet medii aeui diplomatum totuplices cumulos & ſummas cogito, animum etiam defigo in huius multitudinis idoneis cauſis inueſtigandis & eruendis. Dabo illas, ſed quantum adſequi licet coniecturis, quibus iura in antiquioribus faciunt fidem. Principem cauſam prodere ſolent ipſa diplomata, his plerumque formulis concepta: *cum hominum memoria ſit labilis, cum a temporum aerugine nihil liberum, cum mors omni-*

omnibus rebus adferat obliuionem, cetera ; *ideoque e re uiſum eſſe, quod actum contractumque ſit, referre in litteras, ne poſteris eſſe poſſit dubitatio eorum & quae his ſimilia.* Vnde opinor, Germanos longi, imo forte ne longiſſimi quidem temporis *praeſcriptionibus* locum feciſſe aut requiſiuiſſe tamen in quouis genere praeſcriptionis titulum & bonam fidem. Adeoque ſolicitos fuiſſe de litterariis inſtrumentis, quibus utrumque conſeruarent. Fuisſet certe illis non tantopere opus, ſi quidem uel decem, uiginti uel tamen triginta annorum ſpatiis poſſeſſor cuiuscunque generis fuiſſet ſecurus aduerſus litigatores. Deinde illud eſt manifeſtum, iuris & calami potiſſimas artes olim fuiſſe penes clericos. Hi ergo auctores fuerunt partibus, ut in litteris contraherent neque ſolo acquieſcerent fidei placito ac conſenſu. Eſſe enim ſolent clerici prouidi magis, quam homines ordinis ciuilis. Inprimis uero ſat graues cauſas habuerunt ſacri praeſules, ut largitiones ad pias cauſas in litteras referrent. Forte, quod metus eſſet huncque incuteret mala conſcientia, ne profuſe nimium donata reuocarent ſucceſſores impeterentque ideo eccleſias, collegia, praeſulatus. Quod fieri tum non poſſe, crediderunt, ſi litterae excute-

b) CLERICORVM cautio praeſertim in piis cauſis.

rent ruborem litigatoribus. Qua igitur in re ſibi proſpexerunt, eiusdem conſilii auctores fuerunt etiam aliis ex ordine ciuili, ne incuſari poſſent alicuius inſolentiae. Praeterea fuerunt ſemper in Germania innumeri notarii & exſcriptores, foris & in curia. In horum igitur gratiam contractus multoties facti ſunt litterarii, ne illis ea deeſſent, quae pertinent ad uictum & cultum. Tum forte etiam litterarios partus plures excluſit Germanorum diffidentia, cuius mater ignauia & rerum iuriumque ignoratio. Vt mallent litteras, quam uerba, crederentque tum firmo talo rem ſtare, ſi eam loqueretur membrana. Qua in re noſtri maiores eo faciliorem ueniam merentur, quoniam omnia Latine ſcripta fuerant, cuius linguae cum ignari eſſent, inanium ſpecie facilius ſunt decepti, cum alienis oculis uiderent, non ſuis. Tandem cum pactis non ſit opus, ubi leges loquuntur. Ita Germani primis eo frequentius ſunt uſi, quod ultimis fere deſtituerentur. Scilicet patria iura fuerant non niſi pauciſſima, uſu magis cognita, quam litteris: Romana uero nondum transmigrauerant alpes. Niſi quod notarii & interpretes iuris Latini circumirent paſſim in Germania offerrentque ſuam artem ac formulas

c) LUCRA ex libellis.

d) DIFFIDENTIA Germanorum.

e) LEGVM defectus.

las contractuum ciuibus omnium ignaris. Quapropter ex formulis Romanis, in contractibus Germanorum adhibitis, nullum conſecutionis uinculum ad legum Latii receptionem & uſum. Ad extremum neque in diplomatum cauſis eliciendis illud eſt omittendum, quod clerici ſuis benefactorib[illegible]inſtillauerint duplex genus ambition[illegible] quidem nomina & largitiones eorundem pingerentur in membranis commendarenturque poſteritati ad gloriam immortalem. Ita enim fieri, ut poſteri laudent beneficia, extollant illa precibus & ſacrificiis, ipſis etiam diuis ita reuocent quodammodo in memoriam, ut numen etiam animabus reddant propitium liberentque eas ex uinculis & cruciatibus orci & purgatorii. Inde enim anniuerſariae memoriae & dies feſti, largitoribus ſacri, *das memorienrecht*. Taceo cauſas occaſionesque alias diplomatum multiplicatorum.

f) ſacra AMBITIO & ſuperſtitio.

§. 6. Reſtat etiam illud, ut prodamus remedia, quibus factum ſit, ut, ex tantis tabulariorum naufragiis, remanſerit publicarum tabularum adeo ſtupenda multitudo. Principio illud dicendum, quod in curiis imperialibus aeque ac prouincialibus diplomatum & codicillorum non unum tantummodo exemplum

Remedia CONSERVATORUM diplomatum.

1) authenticorum numeri quinque aut plures.

plum ſit ſcriptum, ſed quam plurima, ut uoluerant redemerantque illa aere ſuo, qui ſua crediderunt intereſſe, ut eius generis inſtrumenta conſequerentur. Inprimis autem illud etiam conſtat, inde ab aeuo Carolingorum minimum quatuor exarata eſſe in quocunque diplomate exempla. *Vnum* in gratiam illius, qui illud rogauerat; *alterum* & forte *tertium*, memoriae cauſa, ut aliud reponeretur in loco, ubi princeps detulerat ſupplici libello; aliud, in urbe, ubi illud fuerat ſcriptum & ſigillo munitum; *quartum* fortaſſis & *quintum*, ut aliud ſupereſſet in *Caeſareo* tabulario, aliud etiam in *imperiali*. Licet ultimi natales uetuſtiores non ſint tempore poſtcarolingico, nouo iterum argumento, Germanici imperii tum factam eſſe conuerſionem. Sed hoc de numero conſueto, moribus & forte lege definito. Potuit uero euenire alias, ut praeter hunc, etiam alia plura exempla ſcriberentur curialia, ſi quidem illa rogarunt plures, quorum uidebatur intereſſe. Qua in re curiae imperiales eo fuere indulgentiores, quoniam penes illas ſtetit, quot uellent conficere, cum Caeſaris neque conſenſu in illis opus eſſet neque ſubſcriptione. Nam auguſtale nomen & monogramma ipſi ſua manu addiderunt ſcribae, non imperator. Quod

[q]uod cum ita ſit, facile eſt ad intelligen[d]um, quare hodieque tot unius eiusdem[q]ue diplomatis authentica & publicae [f]idei exempla reperiantur. Nam in ipſo [M]agdeburgico tabulario unius diplo[m]atis Caeſarei duo quandoque reperi, [qu]ae non ſine ſtupore ante ſum intui[tu]s, quam multiplicium exemplorum [in]telligerem ueras cauſas. Illud tamen [co]nſtat non minus, hoc ipſum occaſio[ne]m dediſſe Harduino & aliis, ut talia [m]onumenta in dubium uocarent habe[re]ntque illa pro adulterinis & ſuppoſiti[ti]s. Quorum fraudibus, quod dixi, eſt [o]ponendum.

§. 7. Deinde neque illud credi debet, [a]) [ge]nere factum eſſe, ut donationibus & [co]ntractibus rerum, immobilium prae[ser]tim, tot curialia deſcripta ſint exem[pla]. Iuit enim in leges apud Aleman[no]s: ut omnes eius generis CONTRA[CTV]S eſſent LITTERARII, qui alia ratione [no]n obligarent, quam ſi LITTERIS con[cep]ti eſſent. Ita enim habet LEX ALE[MA]NNICA *cap.* I. *Si quis res ſuas uel ſemeti[psum] ad eccleſiam* DEI *tradere uoluerit: per* [CA]RTAM FIRMITATEM *faciat & teſtes ſex [uel] ſeptem adhibeat & nomina eorum ipſa* [CA]RTA *contineat & ponat ſuper altare. [P]roprietas de ipſis rebus ad ipſam eccleſiam [pe]rpetuum permaneat. Etſi aliquis illas* *res*

a) contractus Germanorum non niſi LITTERARII.

Iuxta LL. Aleman. c. I.

res abſtrahere uoluerit, DEI *iudicium & excommunicationem incurrat.* Quod magis eſt, tantopere neceſſaria fuerant eius generis inſtrumenta, ut, niſi illa ſupereſſent, daretur actori facultas, eierandi contractum ſibique rem iterum uindicandi. Quod pariter dicitur in LL. ALEMAN. *cap.* I §. 2. his quidem uerbis: *Si autem illa* CHARTA (litterae contractus) *aut arſerit aut perdita fuerit, quam homo ille fecit, hinc liceat heredi cum quinque teſtibus in ipſa eccleſia iurare, quod pater eius nec* CHARTAM *feciſſet nec ad illa loca ſancta dediſſet. Et, ſi hoc praeſumpſerit facere, illas res poſſideat.* Quis igitur, quaeſo! uitio uerterit praeſuli aut ſacro collegio, inſtrumenta contractuum LITTERARIA ter quaterue requirere a curia, quod ab illius memoria omne ius pependit, habendi illud, quod datum. Atque eadem etiam lex ſcripta hominibus ordinis ciuilis: ne cum eccleſia contraherent niſi litteris & inſtrumentis. Verba LEGIS ALEMANNICAE *cap.* 19. haec ſunt: *Res eccleſiae de laicis absque* CHARTA *nullus praſumat posſidere. Et, ſi* CHARTAM *non oſtenderit, poſſeſſio ſemper ad eccleſiam pertineat.* Imo ſolennia adeo in quocunque genere contractus fuere inſtrumenta, ut *inchartare* idem eſſet, quam concedere, tradere, & *inchartatum* praedium idem, quam *poſſeſſione* acquiſitum.

§. 8.

8. In tanta igitur *chartarum*, 3) ARCHIVORUM cura maior olim, quam poſt receptum iis Roman.
arum, inſtrumentorum aucto-
e & neceſſitate fieri aliter non
it, quam haberi ea maximi, ſoli-
cuſtodiri, exempla eorundem plu-
equiri, ne deeſſe poſſent, ſi qui-
caſu unum & alterum periſſe
niſi prorſus fallor, illud etiam
imo, olim eodem fine tabularia lon-
naiori cura adſeruata fuiſſe, quam
ea, ubi Romani iuris auctoritas &
rinae praeſcriptionum in Germa-
foris locum occuparunt. Quo
flocci fieri coeperunt diplomata, ut
ſuperfluae uſuque forenſi deſtitu-
Nam ſuperioris aeui ſedula & fre-
ns memoria charthophylaciorum,
ılariorum, archiuorum. Praefectis
undem, chartulariis, archiuariis,
rtophylacibus multus honor & fi-
. Quae tamen munera ſub exitum
ıli decimi quinti fere neglecta füe-
ıt, adeo, ut ab illo tempore curiae
ı ſacrae, quam ciuiles ex publicorum
nerum albo hanc ſpartam delerent
ungerentque. Quo ipſo factum
oque eſt, ut diplomatum & ueterum
trumentorum eſſet ſumma obliuio,
tarentque illa cum tineis & blattis,
o in manus quandoque uenirent illo-
n, qui his membranis ſunt abuſi ad
te-

tegendos & ueſtiendos libros rerumque aliarum uiliſſima inuolucra & integumenta. In quo deſpicatu neglectuque ſi olim fuiſſent haec monumenta litteraria, non credo aliquid eorundem ad noſtram aetatem perueniſſe. Inde mirum non eſt, patronos cauſarum maximi momenti in libellis ſuis, ad principum & principatuum defendenda iura ſcriptis oblatisque in ſupremis imperii tribunalibus, uti neſciuiſſe diplomatibus & armis domi natis, omniumque ualidiſſimis. Quorum loco in medium attulere peregrina Italiae & Longobardiae inſtituta, quae hodieque, non ſine animi quadam indignatione, offendimus in collectoribus rerum in camera imperiali inter partes diſceptatarum. Mihi certe exemplo eſſe ſolent ea in re acta duorum Burggrauiatuum, Norici & Magdeburgici. Nam utrinque uaſta & immania uolumina aut uoluminum plauſtra potius in iudicium deducta ſunt, in quibus tamen, poſt iuris brocardica & ingentem doctorum colluuiem nihil reperitur, quod ad rem ipſam facit. Cum illa, quae his cauſis potiſſimum praeſidium & lumen adferunt, ex diplomatibus, haec autem ex archiuis requirenda, quae, temporum dicam, an hominum ignauia, illis occulta & occluſa fuerunt.

§. 9.

9. Non ita olim, ubi uiri electi ac 4) ANTI-
ti, ad hanc curam, ut non ſolum le- GRAPHA
nt diplomata haberentque in nu- olim plu-
ıto; ſed etiam deſcriberent ea, ſemel ra.
ımque ſcripta referrent in libros dis-
:rentque, ſecundum annorum ſe-
ı, rerum porro facerent *regeſta* & *in-*
bene inſtructos. Qua de re qui du-
·, is recenſeat expendatque nomina
ꝛTVLARIORVM, PROTOCHARTVLARIO-
, ANTIQVARIORVM, REGISTRARIORVM,
IGRAPHORVM, PROTOCOLLORVM,
NSSVMTORVM, DIPLOMATVRIORVM,
.ARIORVM, REGESTORVM & quae plu-
ınt generis eiusdem. Quae omnia,
barbara ſint, tamen ad idem hoc fa-
ıt inſtitutum, ut unius diplomatis
iae plurimae fierent conſcriberen-
ıue. Ne forte memoria eorundem
ıt intercidere ac perire.

10. Promouit hoc conſilium uita 5) OTIA
ıachorum & coenobitarum, otii ab- mona-
lantiſſima. Ne enim nihil agendo chorum.
e facerent, iuſſu praeſidis ſacri colle-
illud pluribus eſt demandatum: ut
:ras pingerent deſcriberentque nunc
ices ſacros, nunc ſacri codicis *inter-*
es ſigillatim *pſalmos* & *pſalmodias*, nunc
·os *canonum*, iuris *decreta*, *philoſophos*,
'ores, *gloſſas*, *ritualia*, *miſſalia*, *pontificalia*,
ıitentialia, *liturgias*, *ceremonialia*, *regula-*

ordinis, uarii generis *diptycha*, *legenda* ſanctorum, *martyrologia*, *necrologia*, *calendaria*, *menaeologia*, *hierologia*, *euchologia*, *heortologia* & quae generis eiusdem. Multoties autem *literas* quoque & *tabulas fundationum*, *priuilegiorum*, *donationum*, *contractuum* libellariorum generis cuiusque. Vnde *charticinia*, ſiue *chartularia regeſta*, *tranſſumta* & codices eius argumenti ampliſſimi, quorum hodieque in coenobiis ingens eſt multitudo (a). De quo otii genere utinam pleniori filo egiſſet Mabillonius (b). Quo etiam illud intelligitur, cur in coenobiis, praeſertim in *abbatiis* inſtructiora ſint tabularia & libraria ſupellex: quam in principum ciuilis ordinis palatiis ac curiis. Et licet ueteres quidam doctores monachis hunc ſcribendi & pingendi pruritum ſtudiumque acribus uerbis exprobrent, habeantque laborem hunc monaſticum aſinis, quam hominibus digniorem, quod deſcriptor manu tractet librum, non animo neque librorum pretia ponenda in auro aut ductibus elementorum: habent tamen poſteri omnino, quod grata mente accipiant & manibus horum amanuenſium bene pre-

(a) Dedimus nos in his manuſcriptorum reliquiis duos eius ſortis codices. Vnum DOBERLVCENSEM *tom.* 1. alterum VIENNENSEM *tom.* 2. Quorum inferius plenior erit notitia danda.

(b) In libro, ſingulari des ETVDES MONASTIQVES edito *Pariſ.* 1691. *in* 8. Nam pauca attingit *part.* 1. 6. *c.* & *part.* 2 *c.* 12.

entur. Certiſſimi, innumera u-
argumenti librorum & diplomatum
mina peritura fuiſſe, niſi monacho-
& coenobitarum manibus & deſcri-
nibus ab interitu fuiſſent uendicata.

11. Praeterea fuit etiam illud prae- 6) tran-
tiſſimum remedium, diplomata ad- ſumta ſ.
endi & conſeruandi: quod uetuſtio- diploma-
ibinde renouata & confirmata ſunt ta ſubinde
cceſſoribus in imperio & principatu. renouata
cipio enim illud in dubium uocauit a princi-
rior aetas: num obligaretur ſucceſſor pibus.
deceſſoris facto promiſſoque (c).
ni igitur cura id egerunt, ut ille, qui
iutus fuerat in rerum aliquo domi-
, formulam ſui anteceſſoris haberet
im & gratam. Idque in codicillo ſin-
ari. Deinde ut dubitationes tolle-
tur inter *referens* & relatum, quod
erunt, id etiam ſibi agendum puta-
it & ſolicitandum a nouis rerum do-
nis: ut illi uetuſtioris diplomatis for-
lam primo mitterent ſub examen;
nde fidem plenam, quam mereretur,
tarentur; tum eandem uerbatim re-
irent ſuoque nouo codicillo inſere-
it; inſertumque ſuis deinde uerbis
narent redderentque legitimam. Do-

b 2 cent

Nam in mores tum iuiſſe in lientelis ac principatibus, ne bligaretur uel ſucceſſor filius ii parentis deceſſoris pacto, id quidem docuimus ex inſti-tuto in opuſculo, quod in MI-SCELLIS habetur. *lib.* 1. *num.* 8. *p.* 370.

centhoc innumera exempla, docent etiam formulae, his uerbis uere conceptae: *Nouerint omnes, quod nos litteras* (huius uel illius ex anteceſſoribus noſtris) *adſpexerimus ac manibus contrectauerimus, non abolitas, non cancellatas nec aliqua parte uitiatas neque ſuſpectas, ſed genuinas & omni ex parte ſinceras. Iusſimus ergo illas de uerbo ad uerbum hic tranſcribere & tranſumere. Sunt autem tenoris, qui ſequitur. Nos itaque, ſcrutatione habita diligenti, eas litteras declaramus & habemus legitimas & genuinas atque inſtarueri ſui originalis. Quod non opus eſt porro exhibere & producere. Deinde omnia eius litterae charta hac noſtra facimus, rati habemus, adprobamus, ratificamus. Repetentes execrationes aduerſus illos, qui earundem fidei aliquid detraxerint* & quae ſunt his ſimilia. Facile eſt ad intelligendum, hunc morem transumtorum ita diplomatum non ſolummodo exempla conſeruaſſe priſtina, ſed etiam nouorum ſubinde diplomatum numeros adauxiſſe.

7) Doctrina patrii IVRIS, *priſtina* diplomata derogare *recentioribus.*

§. 12. Ad extremum uti, per communia alias iura, ultimae litterae derogant prioribus, licet poſtrema uoluntas tollat anteriorem: ita patriis moribus in re diplomatita aliter, praeſertim in cauſa clientelari. Quoties enim nouiſſima diſtant a uetuſtioribus, toties ſtari ſolet alteris, non primis, eo quidem usque, quousque cau-

a nulla docetur factae mutationis.
n exiſtimarunt Germani, fieri facile
iſſe, ut litteris ultimis uel per erro-
uel dolum & manum ſuppoſtoris
uid accederet adulterini. Qua in re
deo etiam ueniam merentur eius
eris inſtituta, quoniam in mores iue-
n curiis Germaniae, toties cauſas mu-
nis prodi in ultimis, quoties a pri-
uiſſet diſceſſum. Vt adeo ſibi tri-
e oporteat hominem Germanum,
omiſerit illarum commemoratio-
Sed quicquid ſit de huius ordinis
ia. Illud nobis ſatis eſt, dediſſe
ipſum cauſam ueterum diploma-
cum cuſtodiae ſingulari, tum fre-
tioribus eorundem deſcriptioni-
& publicae fidei exemplorum in-
ationi.

13. Taceo demum materiam, cui
mata inſcripta ſunt in oris Germa-
inde a temporibus antiquiſſimis.
enim cortici, ligno, papyraceis fo-
pidibus pellibus, cerae aliisque re-
ui fere ueteris Latii mores fuerant:
EMBRANIS datae litterae iisque non
s aut piloſis, uerum arte praepara-
purgatisque ab adipe & ſordibus.
eperdi poſſent aliqua putredine aut
eſca tineis ac blattis ab iisque cor-

g) Scripta diplomata in MEMBRANIS aetatem ferunt, contra in corticibus Latii.

rodi & abſumi (d). Maximam certe aetatem ferre poſſe membranas noſtras, quotidie oculis noſtris, neque ſine ſtupore & admiratione, intuemur. Cum ante mille annos & quod excurrit, ſcriptae tam luculentae, integrae & ſpecioſae ſint, ut ea cauſa ne quidem cedant nouiſſimis & iamnunc factis (e). Licet igitur chartacea Latii monumenta perierint cum materia ſua (f): patriae tamen diplomata ſalua ſunt hodieque, pollicenturque poſteris eandem cum ipſo orbe annorum infinitudinem & immortalitatem.

Pro diplomatum numeris CONTRACTA ARGVMENTA.

§. 14. Haec igitur, omnia cum ita ſe habeant fuerintque diplomata, inferioris aeui iudicio, præſidia dominiorum ac iurium; cautio clericorum; ſcribarum alimentaria; fidentia Germanorum; ſupplementa legum; ſolaria ſuperſtitionis; ſtimuli ambitioſorum ad benefaciendum; curiarum partus tergemini; contractuum anima; archiuorum

(d) Quorſum legi debet HERMANNUS HVGO *de orig. ſcrib.* PANCIROLLVS de reb. deperdit.

(e) Scripſi idem archiota αὐτόπτης in commentario ad AVREAM BVLLAM *tit.* 29. §. 3. *p.* 1305. 1306.

(f) Vnde omnino cauſae ad dubitandum *Barthol.* GERMONIO *in diſceptatione de ueteribus diplomatib.* num temporis edacitatem ita effugerint, ut uenerint in manus noſtras. Quem tamen exemplis quibusdam confutauit *Iuſtus* FONTANINVS *in diplomatum uindiciis*, ei oppoſitis, *lib.* I. *c.* 3. erudite magis, quam uere. Cum Germonius dubitet de talium authentia, non uero neget ea prorſus,

olia ſibyllina; amanuenſium ope-
otia monachorum; principum cu-
ori ſidera; pars aeternitatis: quis
ſo! mirabitur eorundem numeros
oles? hodieque ſuperſtites & fine
uras. Et, ſi hariolari licet in futu-
lud potius metui debet, eorundem
itudinẽ adeo immanem fore, ut illis
dis non ſuffecerit hominum aetas.
ltimis tamen curis illud liberat for-
od hodie inſcribere ſolemus papy-
uae omnino habet, quod extime-
emporis edacitatem (h).

15. Quemadmodum uero, quae **Illis op-**
c ſcripta ſunt, eo faciunt, ut cauſas **POSITA**
amus diplomatum inde a mille an- **GERMONII**
actorum infinitionis: ita uero alios **diſputa-**
eorundem in omnibus uere curiis **tio.**
itudo immanis ita egit in transuer-
, ut omnia fere in dubium uocarent
erentque, ſupereſſe nonniſi paucis-
, pleraque autem habenda pro ſup-
itiis & adulterinis. Qui in huius
cionis rabie tantopere profecerunt,
on ſolum aperte indicarent ſuppo-
s monachos Benedictinos (i): ſed
n deſtruerent criteria omnia artis

 di-

ius metus cauſae indica-
in commentario ad A. BVL-
cap. XXIX. §. 3. p. 1305. ſq.
iuerſim HARDVINVS *in prae-*
luſ. de num. Herodiadum uirum
ſibi fingit, *qui deprehenderit*
coetum certorum hominum (in
otio & opibus uiuentium mo-
na-

diplomaticae, id eſt, criticae barbari aeui, ſecernendi falſa a ueris & genuinis. Ante quam uero ſatis faciam his, cauſae etiam indicandae ſunt BELLI DIPLOMATICI, excitati praeſertim inter ſacrorum ordinum diuerſae paulo aetatis collegas BENEDICTINOS & IESUITAS. Scilicet taeduit piguitque ultimos ſui ortus, noui & ueluti adoleſcentis, aliisque omnibus aetate poſterioris. Id ergo egerunt Ieſuitae, ut omni uetuſtati indicerent bella, ne aliis praecipui aliquid eos oporteret relinquere. Deinde cum antiquioris aeui ordines inſigniter gauderent ſuis lit-

nachorum) *ante ſecula aliquot* (ſeculo ſcilicet XIII) *extitiſſe, qui hiſtoriae concinnandae partes ſuſceperint. Qualem nunc habemus, cum nulla tum extaret.* Addit ſuppoſitores finxiſſe non priuato, ſed publico nomine Seueri Archontii, qui princeps egerit falſariorum & impoſtorum ſummum patronum. Sub quo nomine *Fridericum* II. imperatorem latere, idquidem coniicit uir eruditiſſimus *la* CROZE in *uindiciis ueterum ſcriptor.* *p.*22. 207. 208. Forte eodem iure, quo eidem tribui ſolet liber *de tribus impoſtoribus.* Quid, quod anno MDCCXV. mihi A. S. L. H. in Franconia narrauit: ita audaces eſſe Ieſuitas, ut nominatim de coenobio Italiae *Caſſinenſi* adfirment, monachos ibi omnis generis diplomata, praeſertim in gratiam Germanorum, effinxiſſe illisque induiſſe habitum maximae uetuſtatis. Ad quas impoſturas palliandas nunc aliam fabulam narrent. Scilicet, tempore repurgatorum ſacrorũ, innumera coenobia litterarios quosque theſauros, praeſertim omnis generis diplomata e Germania ſibi tranſmiſiſſe ad cuſtodiendum, inſtar depoſiti miſerabilis. Sed eorum alia Lutherana facta eſſe, alia eorum obliuionem coepiſſe, ut iamnunc iſtis chartis illis liceat gaudere & gloriari.

ıriis theſauris & diplomatum feſti-
uenerabili adparatu, contra homi-
ıouorum, Ieſuitarum tabularia cal-
uacua eſſent horum cimeliorum, ir-
:o oculo intuiti ſunt, quicquid re-
t ſacram uetuſtatem. Inde huius
uti furor, quo chartas omnes in
ım uocare, auſi ſunt ſimulque pre-
ımni eos deſtituere. Sed facile
ıiderunt, hunc conatum odii &
:uli eſſe pleniſſimum. Igitur,
ʒuid nefarii & improbi conſilii fue-
ıllo inuolucro texerunt alicuius re-
ii aduerſus haereticos. Qui facili-
ıtiunculis & argutiis profligari poſ-
, quam uenerandae antiquitatis mo-
entis. In quibus illi ponerent omne
n praeſidium. Atque hoc forte con-
quoque deſcribere ſuſceperunt ACTA
CTORVM. Vt ſcilicet in hoc argu-
ıto campum haberent ampliſſimum,
ıia conuellendi, exaggerandi littera-
impoſturas, fraudes, fabellas, com-
ıta cum iisque etiam plenae fidei
umenta & teſtes impetendi, com-
čendi prima cum ultimis & demum
uertendi deſtruendique omnem ue-
tiorum ſeculorum memoriam. Ab-
uero, in hoc itinere itum eſſe aperto
:ſſu factumque aliquid palam. Pe-
ıre claudenda conſilia & rerum aliarum

HENSCHENII diatriba de tribus Dagobertis an. 1655.

praetextu tegenda. Principio excutienda & agitanda fuerat hiſtoria ciuilis in eaque Meroüingica oſtendendumque in illis multa haberi ac credi, quae fabuloſa & commentitia. Claſſicum ergo canitur in numero trium Dagobertorum ſcriptore *Godefriedo* HENSCHENIO (l). Vbi re ipſa id actum, ut eorundem litterae, cum litteris tabularium SANDIONYSIANVM cum eoque inferioris aetatis monumenta alia ſubleſtae & minus integrae fidei incuſarentur rueretque gloria uetuſtatis, illis ſuperſtructa. Sed in tanto & tam nefario conatu ipſius etiam pontificis Romani opus fuerat calculo & quodam auctoritatis praeſidio. Iuerant enim collectores Romam commendauerantque ibi argumentum deſcribendarum uitarum pontifici Romano Alexandro VI. qui, dubium ſuis an Leonis Allatii, uerbis integerrimis eos dimiſit ANNO MDCLXI.

(m)

(l) Ille enim anno MDCLV: *Antwerpiae* DIATRIBAM edidit DE TRIBUS DAGOBERTIS in 4t & triennio fere poſt in *tom I. menſ. Febr. act. SS.* COMMENTARIVM PRAEVIVM ad uitam S. SIGEBERTI Regis Auſtraſiorum p. 206-227. ubi, quod olim aduerſus diplomata ſcripſerat, porro defendit propugnauitque. Noli tamen ideo credere, auctorem ubique uerſatum eſſe temere. Nam plurima caſtigauit correxitque cum ratione. Indeque haec ſcripta eius fieri debent maximi illis, qui in his tenebris deſiderant lumen merenturque ideo recudi. Sed memores ſumus illius: *ne quid nimis*

m): *id curarent ſedulo, ne fabulis decipe·ntur, ſed intelligerent, quantum aera di·ent lupinis.* Fidentiores igitur inde cti Ieſuitae, quaſi ſcilicet ita pontifici-i priuilegio eſſent muniti ad quiduis ndendum, in diplomatum & ueterum riptorum euerticulis. Anno enim DCLXXIII. *Daniel* PAPEBROCHIVS *pro-laeum* illud *antiquarium circa ueri ac falſi crimen in uetuſtis membranis* euulgauit PAPEBRO-CHII propylaeum an. 1673. n). In quo non ſolum uaria diplo-ata temere & calumnioſe habuit pro adul-

) Ita enim *Daniel* PAPEBRO-CHIUS *in propylaeo antiquario pr.* refert hanc hiſtoriam, his ere uerbis: ALEXANDRI VII. *pontificis extremo dignati col-loquio prius quam Roma di-ſcederemus in Belgium an.* MDCLXI. *alacriores ex illius adprobatione reuertimus & inſtructiores ex admonitione. Notauerat, lecta* de tribus Dagobertis diatriba, *tam nouis & curioſis quaeſtionibus defi-niendis praeſidium magnum e archiuis peti. Audiuerat tiam a bibliothecario* Allatio *on tantum probatas, ſed tiam fabuloſas aliquas SS. itas per nos deſignatas. Hoc ur faceremus, uoluit cauſam ntelligere. Iſtud mirifice ommendauit: ſi tamen, in-quiebat, ſuppoſititia a genui-nis, interſpolata a ſinceris ſe-cernantur iudicio. In di-plomatibus enim non minori uerſandum eſt cautela, quam in numis. Quorum multi ſub larua antiquitatis indu-cunt in fraudem, uix a paucis oculatioribus agnoſcendam.* Ex inde, *quodantea faciebamus fecimus dilegentius facere* TANTO AVCTORE. *Hoc fine ſcriptum* PROPYLAEUM. Aperte magis *Barth.* GERMON *in diſcept. de diplomatibus c. 7.* Cumenim aduerſa pars ei obiectat crimen omnia impetendi & arguendi malae fidei, reponit: *atqui hoc pontifex iuſſit ſapientiſſimus* ALEXANDER VII.

(n) Habetur PROPYLAEUM hoc

PA-

adulterinis: ſed etiam regulas criticae artis huius dare auſus eſt. Quibus ſi locum feciſſet orbis litteratus, porro uix ſuperfuiſſet diploma, cui non poſſet inuri macula aut nota partus adulterini apud rerum ignaros. Et hoc forte idem illud fuerat, quod euerſores requirebant. Quod magis, opera etiam ſingulari uſus eſt auctor, ut conſtaret plurium ordinum ſacrorum & collegiorum origines fabuloſas, praeſertim Carmelitarum. Verum enim uero excitauit peſtilentiſſimus hic conatus induſtriam optimi & eruditiſſimi uiri *Ioannis* MABILLONII, ut ad opus *de arte diplomatica* animum adpelleret, ſcriberet, illud maturaret, opponeretque improbo & maleferiato Papebrochii PROPYLAEO (o). Quo certe in libro auctor, ceteroquin alieniſſimus a mordacita-

Apologia MABILLONII ars diplomatica an. 1681.

PAPEBROCHIANVM *circa ueri & falſi diſcrimen in uetuſtis membranis tomo 2. actor. SS. menſis Aprilis* promulgato an. 1675. Vt eo certius agi poſſet de technis & calumniis in litteraria uetuſtioris aeui monumenta, mereretur hoc opuſculum edi ſigillatim. Cum non cuiuſuis ſit, ideo numos profundere in coemendo tot uoluminum, in quae acta SS. excurrunt, corpore.

(o) *Prima* enim editio operis *de re diplomatica* prodiit Pariſiis an. 1681. *altera* acceſſionibus aucta anno 1709. quo morte praeuentus fuerat Hercules litteratus, poſtquam ante exiiſſet in lucem libri ſupplementum anno 1704. Belgae, ut uilioribus impenſis liber utilis haberi poſſet, illum recudere uoluerunt. Dubium, quo ſucceſſu. Nam rerum momenta hic a picturis & ductibus litterarum pendent, non ita facili imitatu.

, non parcit neque famae neque
ni inſolentis & inſultantis Ieſuitae,
optima cauſa uel minus animi ha-
uel titubare uideretur. Illud for-
:idit praeter omnium expectatio-
& ſpem, quod Papebrochius, uiſo
to hoc libro, illico porrexerit her-
&, quod magis eſt, retractauerit
obaueritque ſua. Scripta eo fi-
:piſtola ad Mabillonium anno
.XXXIII. in qua nulla defenſio aut *Retractatio*
ſitio facti, ut tamen fieri potuerat Papebro-
ancipiti & tot inuoluta tenebris, chii an.
;noſcendi poſtulatio continetur (p). 1683.
ıeſine cauſa ſat graui. Nam eodem
ore auctor certior factus eſt, ſe accu-
n eſſe coram *inquiſitorio* Hiſpano-
iudicio, quod indigne ſenſiſſet de
nibus ordinis carmelitici, imo acer-
in eum latam ſententiam. Hoc
ı fulmine tactus eadem facilitate a
illonio indulgentiam rogauit, qua
cauit ſuum de Carmelitis iudicium
ı ſingulari (q). Vt fruſtra ſint, qui
hoc

ɔiſtola exhibetur *in ſupple-*
ntis p. 5. 6. Toto coelo
differt a charactere, quo
tor ſuperbit in ipſo pro-
ıeo. Eſt enim plena de-
:ationis, & rogatae ueniae.
ɥnque cum legerem, illud
IEREMIAE edictum cap. 17. n.
9. ſubuenit in mentem: *cor*
hominis quam immane &
puſillum.

(q) Hue enim liber eius pertinet,
his uerbis inſcriptus: *Dan.* PAPEBROCHII *reſponſio ad Seba-*
ſtia-

hoc tribuunt modeſtiae ac uirtuti Ieſuitae, Eandem leuitatem in argumento & cauſa uere eadem offendere ſolent in HARDVINO ſodali eodem (r). Neque Gallia ſola tutelarem egit uetuſtiorum diplomatum. Nam eodem fere tempore in Hiſpania etiam *Ioſephus* PERESIUS *monachus Benedictinus* (s) filum idem texuit ad rei diplomaticae firmandam fidem. Sed uero tantum abeſt, Papebrochianam poenitentiam & artem diplomaticam a diuerſis excultam, alios a ſimilis temeritatis & furoris pruritu retinere potuiſſe: ut po-

PERESIVS de re diplomatica anno. 1688.

ſtianum a S. Paulo pro hiſtoria Carmelitarum ab ipſo in actis relatu, Antwerpiae 1697. tribus uoluminibus in 4t. Non probamus in litteraria republica eius generis dominatum, ut qui calamus liber eſſe debeat, imperio alterius ſit acctus. Neque etiam ſuſcipimus cauſā ordinis & originis commentitiae. Sed illud tantum hoc pertinet, ut intelligatur, quo animo inſurrexerint diplomatum euerſores aduerſus antiquiores ſacrorum collegiorum ortus. Certe non alio, quam ut rueret pretium omne uetuſtatis referreturque haec inter res, iuannium ſpecie ualidas, expoſitas ſeculi noſtri indigniſſimo opprobrio.

(r) Nam cum & ipſe intellexiſſet, grauiter animaduerſum iri in eum, qui temere & calumnioſe omne genus monumentorū conuelleret & fraudis argueret quosque probatae fidei ſcriptores: rogauit ueniam, deprecatus eſt errorem & quae, ſunt eiusmodi. Hunc enim morem, inſtar ſodaltii characteris, proprium eſſe Ieſuitis, ut rerum eos poeniteat, quibus reſpondet alienus a ſuo inſtituto euentus, id quidem docet teſtaturque, uir doctiſſimus *La* CROZE *in uindiciis uet ſcript. p.* 6.7.

(s) Nam eius *diſſertationes*, in quibus *pleraque ad rem diplomaticam ſpectantia accurate diſcutiuntur* editae ſunt *Salmanticae* 1688.

potius *Bartbolomaeus* GERMONVS, iterum ieſuita, diſceptationem nomini Mabilloniano, eodem hoc fine, inſcriberet (t), ut cum regulas eius, ad internoſcenda diplomata uera a falſis, parum fidas & minus idoneas diceret cauillareturque, tum etiam plenae fidei documenta commentitiis accenſeret ſummatimque hoc uirus euomeret, ſi non omnia, pleraque certe ueteris aeui monumenta habenda pro ſpuriis. Tabulariis etiam, naxime SANDIONYSIANO, omnem denegandam auctoritatem. Reſponderunt uerſori plures, ne uirulentum dogma adices ageret in litterario orbe & hiſtoricae ueritates ambiguis accenſerentur problematibus. Principem in hoc gumento locum ſuſtinet Ialus, *Iuſtus* NTANINVS, *Romanae eloquentiae pro- ſor* (u). Qui non ſolum in tollendis confutandis argutiis & dubitationis Germonianis aliis omnibus eſt pleni-

GERMONIO diſceptatio 1703.

Germonio aduerſi a) FONTANINVS.

(t) Libellus inſcriptus eſt: *de ueteribus regum Francorum diplomatibus ad Mabillonum diſceptatio Pariſ.* an. 1703. in 12d.

(u) Libri inſcriptio eſt haec: *Iuſti* FONTANINI, Foroculienſis in Romano archigymnaſio publici eloquentiae profeſſoris, VINDICIAE ANTIQVORVM DIPLOMATVM *aduerſus* Bartholomaei *Germonii* diſceptationē de *ueteribus regum Francorum diplomatibus & arte, ſecernendi antiqua diplomata uera a falſis* edit. *Romae* 1705. *in 4t.* cum praefatione ad *pontificem Clementem XI.* querula prorſus: *quod nouatores abuterentur ſuo ingenio & litteris ad conclcuandam omnem uetuſtatem.*

nior: ſed etiam liber eius multum ſalis & operae habet oſtenditque uirum illum inter litteras humaniores etiam in barbari aeui notitia reque diplomatica non ſine cura uerſatum eſſe. Alter eſt *Theodoricus* RVINARTIVS, Mabillonii in

b) RVINARTIVS. hoc ſtudii genere *συνεργός* (x). Cui illud potiſſimum curae fuit cordique, ut ecleſiae Pariſienſis tueretur dignitatem aduerſus calumnias Germonianas. *Tertius* ſequitur *Dominicus* LAZARINVS (y),

c) LAZARINUS. 1706. cui ſtomachum mouerant Treuoltianarum ephimeridum ſcriptores, quod, dum librum Germonii recenſerent, paſſim cauſam agerent ſui ſodalis, Ieſuitae. Igitur aduerſus illos epiſtolam ſcribit impetitque omnia ſatis acerbe, quae Treuoltiani ſingulari modeſtia ſcripſerant. Vltimus eſt *Antonius* GATTUS

d) GATTUS. (z) qui, ſiue uero ſiue fictitio nomine, epi-

(x) Opuſculum his uerbis inſcriptum: *Eccleſia Pariſienſis uindicata aduerſus R. P. Bartholomaeum* GERMON *duas diſceptationes*. Sed reponit Germon; parum ingenue actum eſſe a Ruinartio. Quod hoc titulo uſus ſit ad inuidiam excitandam aduerſus Germoniana, quaſi in his impeteretur Pariſienſis eccleſia, cum tantum in dubium uocentur quaedam illius documenta.

(y) *Dominici* LAZZARINI ex nobilibus de Murro, *epiſtola ad amicum Pariſienſem pro uindiciis antiquorum diplomatum Fontanini an.* 1706. Quam Germon ipſe exhibet *p.* 383. 384. *ſq.*

(z) *M. Antoni* GATTI *Ict.* epiſtola ad Iacobum *Bernardum pro uindiciis antiquorum diplomatum Amſtelodami* 1707.

epiſtolam pariter in gratiam ſcripſit Fontanini exprobrauitque ephemeridum quibusuis fere ſcriptoribus, quod in recenſendis eius generis libris parcere uideantur nomini Germoniano, quod potius male debeat audire in orbe litterato uniuerſo, quem peſtilentiſſimis dogmatibus ſuis inſtituerit confundere ac perturbare. Quatuoruiris hiſce non multo poſt reſpondit GERMONIUS editis nouis diſceptationibus (aa) *de ueteribus diplomatibus & arte ſecernendi uera a falſis*. In quibus ualde dolet de ſtudio aduerſariorum, quo illi inuidiam & odium contraxerint uniuerſi propemodum orbis litterarii, quaſi ipſe omni antiquitati bellum indixerit &, ſiue bono ſiue malo animo, fuerit in ſcepticiſmum prolapſus, quo de omnibus libris, monumentis, chartis, diplomatibus, quam etiam plenae fidei ſint, temere dubitaret. Cautiorem ergo, ſi non meliorem ſe exhibuit in nouiſſima apologia Germonius. certe, ſi ea moderatione uſus fuiſſet, ita *Georgius* HICKESIUS (bb) eccleſiae

GERMONII reſponſum ad quatuoruiros anno 1707.

HICKESIUS

(aa) Libelli inſcriptio eſt; *de ueteribus regum Francorum diplomatibus & arte ſecernendi antiqua diplomata uera a falſis diſceptationes.* aduerſus 1) *Ruinartium* 2) *Fontaninum* 3) *Lazzarinum* 4) *Gattum* edit. *Pariſiis* 1707. *in* 12*d.*

(bb) *Georgius* HICKESIVS inſtitutiones Grammaticae Anglo-Saxonicae & Moeſogothicae ediderat Oxoniae an. 1689. in 4t. Sed hoc opuſculum excepit dein-

Anglus an. 1703. Anglicanae presbyter ſub cenſuram & examen uocauit regulas Mabillonianas: pro opprobrio laudem omnino meruiſſet. Hickeſiana tantum abeſt, ut male habuerint uel ipſum Mabillonium uel bonae cauſae amicos alios, ut potius iisdem magna animi moderatione ſucces ſuque συνεργὸς Mabillonii repoſuerit reponenda in artis diplomaticae praefatione Ruinartiana (cc). Non hoc omne fuerat diplomatici belli incendium, infauſto ſidere excitatum. Ante enim, quam Germoniani conatus proderentur, idem etiã inſtituti habuiſſe uidetur inanimo litteratiſſimus ceteroquin HARDVINVS (dd), ieſuita. Quamnisenim ille non de fide di-

Repoſitio RVINARTII an. 1704.

HARDVINVS annis 1693. atque 1699.

deinde codex patriis antiquitatibus refertiſſimus *linguarum ueterum ſeptentrionalium theſaurus Grammaticocriticus & archaeologicus* Oxoniae an. 1703. 1705. 3. uol. in f.

(cc) In *praefatione* nouae editionis libri de re diplomatica RVINARTIus obiectiones Hickeſianas ita reſpondit, ut lector multum inde proficere queat ad ueritatem. Excerpſit quoque *Hickeſiana* GERMON *cap.* 1. 53. ſed dolet, ſe patronum ſuae cauſae hominem haereticum habere, qui hoc iudicio aeſtimet criticam Mabillonianam, quaſi ita monachi praeſidium requirant ad defendendum ſpuria argumenta.

(dd) Pertinent huc libri illius duo. Primus, *chronologiae ex nummis antiquis reſtitutae. Proluſio de nummis Herodiadum* edit. *Pariſ.* 1693. *in 4t. Alter, chronologia V.T. ad uulgatam uerſionem exacta & nummis antiquis illuſtrata*, edit. *Pariſ.* 1699. *in 4t.* Tacemus alia, quibus inſpergere ſolitus fuerat ſimilis argumenti uenenum. Sunt aliqui ideo ſuſpicioſi: eodem infecta eſſe *concilia Harduini*. Nihil definio. Sunt certe, qui ſcribere non erubeſcunt: *Harduin.*

diplomatum egerit ſigillatim : impetiit tamen eandem per latus. Illius ſenten-tentiae, nunc fidenter iterumque dubitanter prolatae, fuerant hae. *Vix apud animum ſuum ſe impetrare poſſe, ut ſeculo XII. aut XIII. uetuſtioribus auctoribus tribuat fidem. Coniecturas alicuius* (quem ipſe ſibi fingit) *eſſe: pleroſque, ſi non omnes libros, numos, inſcriptiones, libellos ſeculo XII. aut XIII. arte falſariorum, patrocinio magni principis* (quem SEVERVM ARCHONTIVM adpellat intelligitque Fridericum I. aut II.) *effictos & ſuppoſitos fuiſſe indeque hiſtoriam, quae ante non fuerit, conſutam. Quibus poſtea commentis decepti ſint uiri litterati decipianturque etiam nunc. Tullium forte, Plinium*, Vergilium, Flaccum *genuinos autores, ceteros omnes falſos & fallaces. Inprimis clarum nomen in ſuppoſtoribus hiſce mereri monachos Benedictinos.* Quod ſi autem hoc, omnes ſeculi XII. aut XIII. libros, numos & inſcriptiones inter hominum male feriatorum commenta: quo demum argumento *diplomatum* ac inſtrumentorum tuebimur ante haec tempora auctoritatem? Idem ante me ſcripſerunt ſenſeruntque duumuiri polyhiſtores, b.m. *Godefridus Gilielmus* LEIBNITIVS an. 1701.

C 2 LEIB-

duinum conciliorum non collectorem, ſed corruptorem, ſuppoſitorem, adulteratorem. Addunt alii, ex eadem cauſa Harduinae editionis pretia decreſcere Pariſiis & multum iam decreuiſſe.

LEIBNITIVS (ee) atque M. V. *la* CROZE (ff), bibliothecis & antiquitatum cimeliis regalibus praefectus primarius. Alteri certe maximas debemus in hoc argumento gratias, quod technas ieſuitarum & improba conſilia aduerſus rem librariam, codicillarem & diplomaticam, non ſolum aperuerit luculenter; ſed idoneo etiam adparatu confutauerit expoſueritque opprobrio ac contemtui

De eride diplomatica anno 1708.

omnium bonorum (**). Hactenus de *bello diplomatico*; quod etiam deſcribere inſtituit anonymus Gallus (gg). Quo tamen uſi non ſumus in noſtris.

Diplomatica bella GERMANIAE forenſia.

§. 16. Vti uero in proxima paragrapho pleraque ciue *bella diplomatica* fuere non niſi *litteraria* ad tuendam mem-

(ee) In diſſertatione de *numis Gratiani*. Quae ad calcem addita menſe Auguſto dem *auszug uerſchiedener die neue Preusſiſche Crone angehender ſchrifften an.* 1702. in 8ct.

(ff) In duobus doctiſſimis libellis. Quorum primus Gallico prodiit idiomate: *diſſertations hiſtoriques ſur ducers ſuiects tom.* 1. *p.* 182.226.221.*ſq.* edit. *Roterodam.* 1707. *in* 12*d*. Alter latine ſcriptus eleganterque: *Vindiciae ueterum ſcriptorum contra I.Harduinum S. I. P. p.* 7. 14. 34. 197. 198 edit. *Roterodam.* 1708 *in* 12*d*.

(**) Ipſi praeſides ſupremi Ieſuiticorum collegiorum eo adegerunt uetuſtatis calumniatorem, ut, quod in hoc argumento ſcripſerat, eieraret. anno 1708. De quo celebris auctor *bibliothecae ſelectae*.

(gg) Libelli inſcriptio eſt haec: *Hiſtoires de contestations ſur la* DIPLOMATIQVE, edit. *Pariſ.* an. 1708. in 8ct.

membranarum uetuſtatem & ueritatem: ita in *Germania* noſtra illa facta ſunt omnino *forenſia*. Nam in maximi momenti cauſis coram iudice produxere ſaepius diplomata litigatores, de quorum fide & ratione genuina, magna animorum concitatione, inter cauſidicos rerumque peritos, in ſupremis Germaniae tribunalibus eſt diſputatum. Quarum concertationum ideo hic memini, quod rei diplomaticae ſtudioſorum ualde interſit, earundem notitiam habere ad expendendum aequa lance notas, a partibus adlegatas, unde colligi ac coniici poſſit diplomatum fides aut fraus. Initium eius generis controuerſiae faciemus a ducatu MAGDEBVRGICO. Partim, quod huic principali tabulario ſim praefectus: partim etiam, quod exemplum hoc alios ſuppoſtores ſuperet impudentia & furore, habendi falſa & commentitia pro ſinceris. Scilicet fortunae urbis ita eius ciues egerunt in transuerſum, ut imperare mallent, quam praeſuli ac principi ſuo obedire. Hoc fine numeris adſcribi uoluerunt imperialium ciuium atque e claſſe municipalium & prouincialium expungi. Quo in conatu ut glaucomate obducerent oculos imperatoris ordinumque Germaniae: in publicum edi-

a) de MAGDEBVRGICAE ciuitatis diplomate an. 940.

ediderunt commentitium diploma Ottonis M. Caeſaris, quo anno 940. Magdeburgo nexum indulſiſſet immediatum, poſt inuidenda priuilegia alia (hh). Vt iniquum eſſet, quicquid ſibi princeps archiepiſcopus adſereret, numerando Magdeburgum inter urbes prouinciales. Verum enim uero primo ſtatim intuitu deprehenſa fraus diplomatis, omni rationi, uſui & tabulis archipraeſulatus aduerſa non ſolum; ſed etiam uerbis concepta futilibus & non niſi ferentibus recentioris aeui aetatem. Mouit hoc ſtomachum uiro erudito rerumque cum uniuerſim, tum in Magdeburgicis peritiſſimo *Beniamino* LEVBERO (ii), ut diploma, a Magdeburgicis prolatum, confutaret oſtenderetque, illud omnino eſſe adulterinum. Pueriles certe

LEVBERI confutatio an. 1648.

(hh) Suppoſititium diploma *immedietatis Magdeburgicae* cum ſigillatim prodiit, tum quoque iunctim in faſciculo, quem inſcripſore Magdeburgici: *der Roem. Kayſ. und Koenigl. Maieſtaten priuilegia* 2) *conceſſiones* 3) *confirmationes der uralten Statt Magdeburg*, edit. *Magdeburgi* 1640. in 4t. cuius tamen egomet exempla poſſideo duo, diuerſa omnino elementis & coloribus.

(ii) Libri inſcriptio eſt haec: *Diſcurs* über der Statt *Magdeburg* gerühmtem alten priuilegien insbeſondere ſo wohl, als auch von dem 1) Sachſenſpiegel 2) Wichbilt 3) Lehnrecht, durch *D. Beniamin* LEVBERN zu Dreßden edit. *Friburgi* 1648. 4t. Non ſpernendus aut negligendus eſt hic auctor, quamuis dubitet titubetque plurimum. Opuſculum in librariis tabernis raro ſupereſt. Quod HERTIVM *in diſſertat. de re diplom. p.* 589. eo adduxit, ut

te ſuppoſtoris huius ſunt errores, adeo craſſi & palpabiles, ut mereantur rideri & explodi magis (kk), quam refelli argumentis. (**) Puduit certe ipſos demum ciues litterarii commenti, ut redirent ad frugem ſubirentque ſui principis imperium, a quo temere inſolenterque meditati fuerant diſceſſum.

b) de diplomatibus TREVIRENSIVS atque coenobii S. Maximini ab an. 631.

§. 17. Maius longe diplomaticum bellum excitauit archipraeſulis TREVIRENSIS poſtulatum, quo ſibi ac ditioni archipraeſulatus Treuirenſis adſcribere coepit S. MAXIMINI COENOBIUM, ordinis Benedictini, cum ſitum eſſet in Treuirorum ſuburbio. Scilicet coenobitae Maximiniani neutrubi agnouerunt archiepiſcopum. Non in CIVILIBVS, nam

 habu-

ut dubitaret, libellum unquam editum fuiſſe. Qua tamen in ſuſpicione fallitur. Eſt etiam alius liber eiuſdem LEVBERI quem inſcripſit: *Diſquiſitio plenaria ſtapulae ſaxonicae ab imperatoribus Carolo M. Ottone M. conſtitutae* edit. BVDISSAE *an.* 1658. 4t. In quo, magno diplomatum adparatu, poſtulata deſtruit refellitque ciuitatis in *ſtapulae* argumento & diplomatariis commentis.

(kk) Quae enim maior eſſe poteſt inſania, quam anno 940. 1) mentionem fieri S. R. I. *electorum* 2) in calculo errare regni Ottonini 3) dictiones, phraſes, uerba adhibere ſeculi iunioris ſine ullo rubore & reuerentia iudicis, cauſae, ueritatis.

(**) Quae congeſſere *Petr.* HEIGIVS *part.* 1. *qu.* 8. *n.* 35. GRYPHIANDER *de Weichbildis.* *c.* 51.

habuerunt tractum coenobii ſui IMPERATORI ſubiectum absque domino alio intermedio: neque in SACRIS, alium enim pontificem ſe neſcire, dixerunt, quam ROMANVM. In his igitur contrariis ſtudiis quaelibet pars ad DIPLOMATA prouocauit Dagobertina. Initium fecit archiepiſcopus, qui anno 1633. libellum aduerſus abbatiam edidit (ll) admodum uirulentum. In quo ad diploma prouocauit, unde conſtet coenobium in ſacris aeque ac ciuilibus ſubiectum eſſe Treuirenſi archiepiſcopo. Reſpondit pro iuribus nexus immediati, quo gaudeat coenobium, *Nicolaus* ZYLLESIVS (mm), *abbatiae officiorum praefectus ſupremus*. In quo ingenti numero pulcherrimoque adparatu, omninm fere Merouingicorum & Carolingicorum regum ac

Libellus *archiepiſcopi* an. 1633.

Nicol. *Zylleſii* pro coenobio.

(ll) Inſcriptio libelli ſatis impetuoſa: *archiepiſcopatus & Electoratus Treuirenſis per refractarios monachos Maximinianos aliosque turbati* edit. *Auguſtae Treuirorum* 1633. in 4t. Duo auctor ſibi ſumit demonſtranda. *Vnum*, habere archiepiſcopum in S. Maximini abbatiam iurisdictionem ciuilem ac *ſecularem*, quo fine recitata *regum* Franciae ac Germanicorum imperatorum diplomata; *alterum* habere etiam eundem coenobii ſupremum pontificatum, ubi uariae exhibentur *bullae* pontificum Romanorum.

(mm) Inſcriptio libri eſt: *Defenſio* ABBATIAE *imperialis S.* MAXIMINI *per Nicol.* ZYLLESIVM, *abbatiae eiusdem praefectum officiorum ſupremum. Qua reſpondetur bibello contra praefatam abbatiam anonymo Treuiris edito.* Prodiit 1638. *iuxta muros Treuirenſes f.* Eſt hic liber rei diploma-

ac imperatorum Germanicorum membranas, chartas & documenta in lucem produxit. Contra id egit, ut ab archiepiſcopo laudata diplomata eneruaret oſtenderetque, illa habenda eſſe pro commentitiis & adulterinis. Sed tamen neque ipſius Zylleſii omnia ſunt integra & ſincera. Inde occaſionem dederunt Henſchenio, Papebrochio, Mabillonio, Germonio aliisque producendi illa in diplomaticam arenam. Praeterea etiam ipſius Treuirorum Auguſtae cum archipraeſule lites belli diplomatici adaugent argumenta. Nam *Wilhelmum* KYRIANDRVM (nn) in annalibus Treuirenſibus non pudet: archiepiſcopos eorumque adminiſtros incuſandi diplomaticae impoſturae. Cui mala uerba repoſuere Chriſtophorus BROVVERVS & Iacobus MASSENIVS in annalibus, diplomatum ditisſimis.

c) DEVRBX Treuirenſi diplomata dubia. Kyriandri an. 1603.

maticae ſtudioſis gratiſſimus. Nam exhibet *principio* tantum omnis aeui diplomatum adparatum; *deinde* diſputat aduerſus diplomatum falſorum commenta; *poſt* uera tuetur argumentis: *demum* ipſa ſigilla refert aeri inciſa. Mereretur certe uterque libellus recudi, cum repertu ſit difficilis & rarus.

(nn) Duo posſideo huius libri diuerſas editiones. *Vna* eaque prima hac inſcriptione prodiit: *commentarium de origine & ſtatu antiquiſſimae ciuitatis Auguſtae Treuirorum. f.* ſine loci aut temporis commemoratione. *Altera* utrumque habet, his uerbis inſcripta: *annales ſiue commentarii de origine & ſtatu antiquiſſimae ciuitatis*

d) Diplomata dubia anno 803. 804. de SCHOLIS epiſcopatus OSNABRVGENSIS.

§. 18. Porro noui *diplomatici belli* incendium excitarunt in Germania VVESTPHALICI EPISCOPATVS, a *Carolo* M. atque *Ludouico pio* inſtituti, quorum inſtrumenta pariter in dubium uocantur arguunturque fraudis & commenti. Inprimis materiam concertationum dedit diploma Caroli M. anno 804. conceptum exhibitumque in annalibus PADERBORNENSIBVS (oo). Quo imperator Oſnabrugis inſtituit ſcholam graecae linguae & ſeminarium, unde peteret uocaretque ſemper legatos. Licet enim editor fidenter ſcribat: *diplomata haec aut fidem obtinent aut nulla humana fides, ex Caeſarum tabulis adſerta, ualere debet :* fallit tamen iudicio ſuo. Quod plurimi poſtea illorum fidem ex idoneis rationibus impugnauerint. In illis principi-

monumenta Paderbornenſia.

tatis Auguſtae- Treuirorum auctore Wilhelmo KYRIANDRO, *Iuliacenſi & ſyndico Treuirenſi ex ipſis archiuis deſcripti* edit. *Biponti* 1603. f. Id ergo agit Kyriander, ut ciuitatem Treuirenſem probet eſſe imperialem, non parentem archipraeſuli; deinde confutaret duos ciuitatis hiſtoricos, *Ioannem Scheckmannum* atque *Eueuium*, qui in medulla hiſtoriae Treuirorum omnia ſcripſerint in gratiam archiepiſcopi, cum ſumma iniuria in ciues ac urbem.

(oo) Licet enim ante iam edita fuerint diplomata haec ab ERDMANNO, conſule Oſnabrugenſi, CRANZIO, MYRAEO, ipſoque BARONIO aliisque etiam *F. Willibrordo* BOSSCHAERTS *de primis Friſiae apoſtolis diſſ.* 144. *p.* 553. ubi nouis commentis auxit; tamen primus fuit epiſcopus Paderbornenſis, qui illa curate promulgauit ex autographis *monumentor. Paderborn. p.* 295. 296. 297.

cipem locum meretur *Carolus le* COINTE (pp), qui diploma anno 804. conceptum non eſſe, exiſtimat, quoniam eo tempore, teſte annaliſta Loiſeliano, Aquisgrano procul abſuerit. Sed docui ego alibi (qq), Carolo praeſente opus non fuiſſe, cum diploma fuerit an. 804. Aquisgrani *datum*. Potuit enim hoc fieri, illo etiam abſente, a curialibus. Illud enim ſatis, quod imperator iuſſerit illud ſcribi. Inde diſcenda diſcrimina formularum: DATVM atque ACTVM. Vltimum notat tempus conceſſionis & ſignificatae imperialis uoluntatis: primum uero *ſcripturae* & *conceptorum uerborum*, Caeſare licet abſente. Verum nuperrime *Ioannes Georgius* ECCARDVS(rr) Britanniae regis conſiliarius & hiſtoriographus hoc diploma Carolinum uocauit

le COINTE 1676.

qui confutatur.

ECCARDVS an. 1717.

(pp) *Tom.* 6. *annal. ad an.* 803. §. 72. *p.* 825. *ſq.*

(qq) In *commentario ad ABullam Caroli IV. tit.* 30. §. 2. *p.* 1403.

(rr) In ſchediaſmate, cui inſcriptio: *Diploma Caroli M. imperatoris de ſcholis Oſnabrugenſis eccleſiae Graecis & Latinis, critice expenſum ab A. I.* edit. 1717 *in* 4t. Tranſmiſit nobis uir litteratiſſimus opuſculum, cuius lectione quilibet proficere poteſt iu regulis & arte, uera diplomata a falſis ſecermendi. Sunt tamen aliqua, quae iunctim magis proſunt, quam ſigillatim. Ceterum licet idem ante ſenſerint PAPEBROCHIVS in *propylaeo, act. SS. menſe April. tom.* 2. §. 28. inſerto; GERMONVS *in diſceptat.* *p.* 262. & *Godefridus* HECHTIVS *in Germ. ſacr. & litt. part.* 2. *lib.* 1. *c* 11. cum tamen Eccardiana de hac re ex inſtituto, reliqua curſim: non eſt, quod eorundem ſingularem habeamus rationem.

uit ſub examen adſcripſitque illud commentitiis ex tot quidem cauſis, ut nequeat porro de fraude dubitari. Sed haec forte non adeo magni momenti, cum cauſae ſcholarum ſint umbratiles: uerum enim uero ad certamina longe acerbiora cum in *Oſnabrugenſibus*, tum in *Bremenſi* & *Verdenſi* diplomatibus illud inflammauit uiros doctos, quod in his ipſis mentio fieret *regalis iurisdictionis*, Carolo M. largitore, conceſſae Weſtphaliae epiſcopis. Quod, ne darent ſacris antiſtitibus, ipſa diplomata relata ſunt inter male feriati hominis commenta. Sed haec, non minori conatu, pro genuinis habuerunt ſacrorum collegiorum & praeſulatuum fautores ac alumni. Quorum librorum utilis eſt lectio in hoc ſtudii argumento. Principio commemoranda diplomata ipſa. BREMENSIS epiſcopatus extat inſtitutio Caroli M. diplomate firmata anno 788. apud M. ADAMVM (ss); deinde OSNABRVGENSIS in monumentis PADERBORNENSIBVS anno 803. (tt); poſt VERDENSIS

e) Bella diplomatica in VVESTPHALIAE epiſcopatibus uniuerſim eorumque REGALIBVS Carolinis.

Diploma BREMENSE anno 788.

OSNABRVGENSE an. 803.

(ss) *Hiſtoriae eccleſiaſticae lib. I. cap.* 10. Vnde alii plures poſtea exſcripſerunt in iisque *Nic.* SCHATEN lib. 8. Weſtphal. p. 514. 515.

(tt) Sub finem *p.* 297. 298. *ſq.* ubi Caroli M. priuilegio huic locus eſt ſingularis. Diciturque authenticum, quale ſcilicet habetur ab aliis, Paderbornae hodieque ſupereſſe. Cuius ἀυ]οψία Henſchenius &

-sis apud MADERVM (uu) demum Weſtphaliae & Saxoniae praeſulatibus uniuerſim aduocatia Trutmanni data apud BALVZIVM anno 789. (xx). Hactenus diplomatum quadrigae. Sequuntur nunc de illis eorumque fide ac fraude excitata litteraria bella. Cum diplomaticae & hiſtoricae artis incurioſa eſſent ſecula barbara, quibus nihil in pretio quam aenigmata ſcholaſticae philoſophiae: fieri aliter non potuit, quam ut nubem pro Iunone uenerarentur. His igitur figmentis dum fidem darent, illis perſuaſiſſimum fuit, Germaniae epiſcopatus Carolo M. largitori debere regalia & ſuperioritatem. Quod cum ita eſſet, eo minus ſacris praeſulatibus hanc in dubium uocari aut requiri eius probationem aut limites eius contrahi poſſe, in ſupremis etiam inperii tribunalibus creditum exiſtimatumque. Poſtquam uero cum repurgatione ſacrorum etiam emendata & fabulis liberata hiſtoria: facile fuit ad detegendum hanc documen-

Saxoniae epiſcopatuum an. 789.

AVCTORES, qui Carolina diplomata

& Papebrochius, eo quidem permoti ſint, ut, pro more Ieſuitarum, faciles eſſent, ad reuocandum dubia, olim diplomatum fidei obmota.

(uu) Quod nouiſſimae editioni Adami Bremenſis addidit, licet parum emendatum. Quod iudicium eſt BALVZII *tom. I. capitul. p.* 245.

(xx) *Tom. I. capitular. p.* 249. Nam in hoc Carolus M. Trutmanno commendaſſe dicitur epiſcopatus Weſtphaliae ad *tuitio*

habent pro ficititiis. mentorum fraudem. Inde GRYPHIANDER (yy); WINCKELMANNVS (zz), CRVSIVS (a†); MENIDERSIVS (b†); ECCARDVS (c†) aliique innumeri omnia haec Carolina diplomata in gratiam Weſtphaliae epiſcopatuum ſcripta, accenſent adulterinis, quae clerici ſeculo XII. aut poſtea, arte ueteratoria, confinxerint ad fucum principibus faciendum, Weſtphaliae praeſules *regalia*, *potentatum*, *decimas*, ceteraque accepta iam referre Carolo M. Saxoniae domitori. Verum enim uero non mino-

2) auctores qui *diplo-*

tionem & aduocatiam, abſque intermedio ullo uel comite uel duce aut alio magiſtratu. Idem exhibet MEIBOMIVS *in notis ad Wittekindum* & CRVSIVS in opuſculo de hoc diplomate ſingulari.

(yy) In libro de *Weichbildis Saxonicis cap.* 33. Vbi non ſolum diplomatibus hiſce fidem demit; ſed etiam negat fidenter, ullum a Carolo M. in Saxonia inſtitutum fuiſſe epiſcopatum.

(zz) In *notitia Saxo Weſtphaliae lib.* 3. *cap.* 5. *n* 35. 36. & alibi, ubi uere fuee!nit tantummodo illis, quae habet Gryphiander.

(a†) Qui tamen ſingulare opuſculum ſcripſit ad *diploma Caroli M. Trutmanno datum an.* 789. ut eſſet omnium Saxoniae praeſulatuum aduocatus. In quo explicat illud, non uero arguit fraudis.

(b†) *In theſauro antiquit. Saxonicar. diſſert.* 3. & 4. & ſigillatim in opuſculo de *origine decimarum Weſtphaliae.* Vbi auctor omnium ſententias conquiſiuit enumerauitque illorum, qui *Carolina diplomata*, haec uel impugnauerunt uel ſunt contuiti.

(c†) Non ſolum in opuſculo inſcripto: *Diploma Caroli M. de ſcholis Oſnabrugenſibus*; ſed etiam in notis ad Leibnitium *de origine Francorum p.* 251. Taceo *Meibomium*, quem in hoc conatu mors immatura praeuenit.

nori ſtudio pro horum diplomatum *mata Carolina pro Corvinis.* αὐθεντία certant ſcriptores ſacrorum Romanorum, qui ſibi, neſcio quid, metuunt ab euangelicis hoc clauo de manibus eorum erepto. Doctiſſimus SCHATEN (d†) atque *Henricus* TVRKIVS (e†) olim forte etiam STANGEFOLIVS (f†) inprimis multam operam poſuete in horum diplomatum fulcienda auctoritate. Quae olim ſua quoque anctoritate tuitus eſt epiſcopus PADERBORNENSIS (g†). In cuius gratiam plures forte alii obmutuerunt, quorum cenſuram alias iſthaec diploma non ſuſtinuiſſent. In quorum numero ſunt BALVZIVS; (h†) CONRINGIVS (i†); PAPEBRO-

CHI-

(d†) *Libro VIII. hiſtoriae Weſtphalicae p.* 515. 516. *ſqq.* dolet admodum, talia ab haereticis diplomata uel diſputari uel inique exponi, inſtar ſacri codicis.

(e†) *Ieſuita in faſtis Carolinis ad an.* 784. 785. 804. editis an. 1704 *Francofurti.*

(f†) Nam prouocat *libr. 8. Weſtphaliae* p. 90. 91. ad *librum ſecundum annalium de Tremonia* MSCT. in quibus carolinum diploma *Trutmanno* ſcriptum plene expoſuerit et quae ſubobſcura in eodem, declarauerit.

(g†) In ſupra dictis monumentis p. 295. 296. Vbi gaudet in ſinu, quod authentica horum diplomatum nactus ſit, quae exponere queat cuiusuis conſpectui.

(h†) *In notis ad capitular. regg. Franc. tom.* 2. *p* 1066. Vbi fidem Paderbornenſem & dubia Cointii & Papebrochii refert, ipſe autem definit nihil.

(i†) In *epiſtola XVIII.* tangit litem, non componit neque, quid ipſe ſentiat, prodit. Licet enim multa ei occaſio ad hoc argumentum in *cenſura Lindauienſi*; noluit tamen manum admouere tabulae,

CHIVS(k†), qui ideo dicitur dubia, quae mouerit, retractauiſſe. Titubat etiam nilque definire uult *Antonius* PAGI (l†). Alios taceo. Meo certe iudicio fruſtra horum diplomatum tutelares. Nam uerba non ſolum clara indicia ſunt *νοθείας* & ſpurii partus: ſed etiam res atque iura Carolo M. uictori ſolennia in prouinciis deuictis. Nollem tamen ideo epiſcoporum Weſtphaliae, in aeuo Carolino, nomina expungi temere ex praeſulatuum matriculis. Nam conſtat uel ex Ottonum codicillis uetuſtiſſimam illis fuiſſe aetatem. Quod uero epiſcopatus tum nomen fuerit muneris, non territorii: illud quidem hiſtoria & rerum conuerſio ſub Henrico leone poteſt do-

(k†) *Claris* uerbis SCHATEN *lib. VIII. hiſtor. Weſtphal. p.* 517. ubi *Ferdinandus princeps & epiſcopus Paderbornenſis ipſum Caroli M. autographum, quod hodienum ſupereſt, ex collegii tabulario impetrauit integrumque protulit, obmutuere iactabundi illi oppugnatores.* Et *libr. X. p.* 612. plenius. Idem confirmat Epiſtola Papebrochii ad Leibnitium an. 1690. ſcripta lectaque *Thulemario*, qua fidem ſuam, abiectis dubitationibus, diplomati Carolino addixit. Quam uerbatim recitat TENZEL in colloquiis *menſe Nouembr. an.* 1695. *p.* 985. 986. ſunt quidam difficiles ad credendum, has litteras ſcriptas fuiſſe. ſed fruſtra. Cum nemo facilior ſit uerſu in aliam formam, ſenſus gratia & aurae, ieſuitis.

(l†) *In critica Baronii ad an.* 788. §. 10. ubi *Bremenſe* diploma ita excuſat, quod ſit aliquibus adſumentis faedatum. In *Oſnabrugenſi* autem *an.* 804. §. 9. alii rem uult relictam ad diſcutiendum. Sufficitque eidem dubiam eruditorum fidem de illis indicauiſſe.

docere, quo demum tempore ſacris collegiis acceſſit potentatus, inauditus eousque in oris Weſtphaliae.

§. 19. Ante uero, quam pedem moueam ex Weſtphalia, diplomatici belli alius mentio facienda, ubi ipſius principis iuſſu, uocatus ſum in arenam. Teſtatisſimum eſt, praeſertim in Magdeburgico tabulario, quod nobilium uirginum abbatia BORCHORSTIENSIS, Monaſterienſi oppido uicina, *clientelaris* ſit Magdeburgico archiepiſcopatui. Varia inde iura archiepiſcopis. Eligi non poterat abbatisſa, niſi conſenſu impetrato ab illis; electa opus habuit eorundem confirmatione; praeſtitit illis abbatiſſa iuramentum fidelitatis; gauiſi fuerant iidem iure primariarum precum; ipſi comitibus Benthemenſibus aduocatiam in Borchorſtienſe coenobium detulerant in ſubfeudum; ſubaduocatiam ſacrae uirgines agnouerant annuo canone & quae alia ſunt eiusmodi. In tanta rei & iuris luculentia id tamen agere nuper coeperunt coenobii maleferiati patroni, ut illud ab haeretico, quo nomine principes euangelicos ſalutant, domino ac patrono auellerent fidemque ſuam addicerent epiſcopo Monaſterienſi. Cum igitur perfidiae ſuae a noſtratibus admonerentur coenobitae oſten-

f) DIPLOMATICVM BELLVM de iure in coenobium BORCHORST 1716.

dereturque inde ab *anno* 968. ex plenae fidei diplomate Ottonis I. imperatoris *decima kal. Nouembr.* 9 6 8. concepto hac formula *Datum in Magdeburg* , conſtare; *Borchorſ[illegible]um Magdeburgico primatui addictum n[illegible] fuiſſe clientelari :* eo impudentiae dilapſus eſt ſcripturarius epiſcopi monaſterienſis, ut *diplomatis* laudati conuelleret fidem haberetque illud pro commentitio. Argumentum incuſatae fallaciae fuerat: eo anno 968. quo diploma ſit *datum* Magdeburgi, Ottonem largitorem in Italia abfuiſſe. Sed facile fuit ad reponendum, diſtinguendos eſſe annos formularum ACTI & DATI. Vltimum eſt ſcriptoris, abſente licet Caeſare, primum uero Caeſaris ipſius, negotio praeſentis. Cum diploma ſit ineditum adhuc, uellem illud hic uerbatim exhibere ad marginem (n†). Niſi illud uti & ipſa rerum iuriumque momenta explicaturi ſimus opuſculo ſingulari in uolumine *reſponſorum* iuris, quae nos auctorem habent ſuntque ſub prelo.

g) DIPLOMATICVM BELLVM in exemtione coenobi- §. 20. Praeterea cum monachi ordinis CISTERTIENSIS ex imperatorum & pontificum Romanorum *chartis* illud praecipue urgeant in Germania noſtra; *easdem potentatu* gaudere, quem nos uerbo *ſuperioritatis territorialis* deſignamus, at-

(m) Opuſculum in uernacula edendum: *Ludewigiſche gutachten.*

atque exemtos eſſe ab *aduocatia* princi- pum ac dominorum, fieri aliter non potuit, quam eius generis diplomata eorum accuſata eſſe fraudis, qua olim illa commenti ſint ſuppoſtores, ad circumueniendum principes, rerum ignaros. Vix reperies ullum in Germania noſtra principatum, qui non mouerit de his chartis adulterinis querelas. Nam uniuerſae Germaniae ordines improbo hoc conatu offenderunt, quo tot auſi ſunt territoria fingere, quot numerauerant coenobia. Cum *Ioan. Nic.* HERTIVS(n)in opuſculo ſingulari hancCiſtertienſium inſolentiam,clauſis Germaniae territoriis aduerſam, uocauerit ſub cenſuram confutaueritque ex iure diuino ac humano, publico ac priuato atque arte diplomatica, non opus eſt porro aliquid addere.

orum CISTERTIENSIVM in S. R. I.

§. 21. Sequitur de *diplomate Caroli M.* omnium grauiſſima concertatio inter ORDINES FRISIAE orientalis & PRINCIPEM. Primi enim inſtar palladii ſuae libertatis habent CHARTAM an. 802. Carolo M. auctore uerbis conceptam: *quod*

h) DIPLOMATICVM BELLVM de *Friſia* conſulari an. 802.

(n†) Inſcriptio opuſculi eſt: *de iactitata uulgo ordinis* CISTERTIENSIS LIBERTATE *ac exemtione a ſuperioritate & aduocatia regionum in S. R. I. dominorum*, quod ſigillatim & iunctim extat IN DISSERTATIONVM *uol.* 2. *tom.* 2. *p.* 161-303. Vnde non leuis adparatus poteſt requiri ſcriptorum aduerſus huius & alterius diplomatis commenta.

Friſii populi, praemii lo[?] militarium ſeruitiorum, quibus illi fuerint in bellis addicti tum aduerſus Romanos, tum Saxones, *gaudere debeant* hoc genere LIBERTATIS, ne *principi pareant*, *ſed iuri dicundo tantummodo eligant ſibi ex ordinibus conſules. Ea uero quae imperii, reſideant penes ipſum populum & Friſiae ordines.* Quicquid de re ipſa ſit, in quam alia forte occaſione locus erit inquirendi, tantum non obſtupeſco, *ſuppoſititii huius diplomatis* uiros eruditos non uidiſſe quisquilias & nugas. Nam habent illud pro ſincero & genuino *Cornelius* KEMPIVS (n†), *Martinus* HAMCONIVS (o†), *Suffridus* PETRI (p†),

n†) *De origine, ſitu, qualitate & quantitate Friſiae lib. III. cap.* 20. Vbi illud etiam dicere audet: *Bullam Carolinam recito. Quam multi aduerſus haec antiquitatis teſtimonia conſurgunt dicuntque eſſe anilia deliramenta. Quamuis* ORIGINALEM BVLLAM *praeſenti die extare in archiuis ducatus Geldriae, relatione fide dignorum acceperim.* Gerrae, gerrae. Editus lieber *Colon.* 1589 *in 8ct.* Quem acriter perſtringit Emmius in apologia.

(o†) *De uiris rebusque Friſiae illuſtribus lib. I p.* 36. ubi inquit; *Bulla exhibetur Caroli M. quam Furmerius ex* ARCHIVIS BRVXELLENSIBVS *me ſibi communicatam & donatam lib. 6. annal. exhibet. Sed Carolo Craſſo adſignat. Quod tamen non admittunt hiſtoria, leges, ſtatus Friſiae, uerba, Wilhelmi Caeſaris auctoritas Sed nec antiquiſſima eiusdem diplomatis* exemplaria, *quae* Romae; Spirae; Coloniae; Arnhemiae; Bruxellae *cum inſcriptione* Caroli M. *non craſſi in* archiuis *habentur.* Pudeat uirum grauem mendaciorum. Spurium diploma exhibet uerbatim p. 118. 119. Liber prodiit *Amſtelod.* 1623. *in* 4t.

(p†), *Bernardus* FVRMERIVS (q†) & forte alii. Cum ordines Friſii nulli dubitent hodieque ad commentitium diploma prouocare in ſummis imperii tribunalibus ſicque bonam forte cauſam aduerſus principem male tueri, WILHELMI Caeſaris tegmine uſi, qui Carolinum diploma hoc agnoſcit confirmatque anno 1248. (r†). Sed hiſtoria expers imperii. Cautior *Vbbo* EMMIVS (s†), qui res in diplomate ſuo calculo adprobat, non uerba & genus ſcribendi. Quaeſo enim quae ſuppoſto-

 ris

(p†) *De Friſiorum antiquitate lib. III. cap.* 5. ubi exprobrat hoc Emmio; quod noſit credere.

(q†) Dixit hoc de illo HAMCONIVS *p.* 36. Sed cum FVRMERII tres *libros annalium Friſiae* tantum poſſideam edit. *Franecarae* 1609. in 4t. quod in libro VI. dicitur habere, refero fide aliena. Eſt uero is *Suffridi Petri* ſucceſſor in Frieſiae hiſtoria. Vnde eius liber alius: *apologia Suffridi Petri de origine Friſiorum* cum FVRMERII *peroratione contra Vbb. Emmium.* Addita *inſcriptio Romae de Friſiorum ſub Carolo M. expeditione* edit. *Franecerae* 1603 4t.

(r†) Diploma WILHELMI Caeſaris an. 1248. Aquisgrani ſcriptum exhibet *Hamconius p.* 120. Imperialia uerba ſunt: *Libertates & priuilegia Friſonibus a* Carolo M. *anteceſſore noſtro conceſſa innouamus & confirmamus.* Dat. *Aquisgr.* 1248.

(s†) Cuius *hiſtoria Friſiae* prodiit primo 6. uoluminibus in 8ct. poſt iunctim recuſa multifariam, nunc ad ſenſus aliorum, iterum ex cauſis aliis mutata. Habuiſſe tamen eundem animum pro ueritate, illud quidem docet eius *apologetica refutatio*, ſcripta in Suffridum *Petri* atque *Furmerium* accuſatores ſuos apud Friſiae ordines, quod in gratiam patriae nolit mentiri ſcribatque, res Friſiae neſciri ante tempora Caroli M. Neque tamen etiam hoc poteſt negari; in Vbbone Emmio deſiderari induſtriam rerum Friſiae ſub Merouingis.

ris uanitas & ſtupor? In Carolino diplomate formulis uti uerbisque: *ſemper augusti; iuris feudalis; Saxoniae ducatus; ab imperio pendentium feudorum; regis Saxoniae; conſilii fidelium; conſenſus principum imperii; ſubſcriptorum regis Bohemiae; Marchionis Miſniae; Landgrauii Thuringiae.* Truncus ſit, oportet qui non riſerit ineptias (*).

i) Diplomaticum bellum in WVRTENBERGICIS.

§. 22. Iura VVIRTENBERGICI DVCIS *in ſacra* illius principatus *collegia* maleuolo calamo & diplomatum magno adparatu inpetiit *Chriſtophorus* BESOLDVS (†), in quo libro rei diplomaticae inſignia habentur momenta, critica aeque ac forenſia. Etiam ZWIFALTENSIS coenobii *ſubaduocatiam* ideo in dubium uocat Wirten-

(*) Quas etiam notat atro calculo GRYPHIANDER *de Weichbild. cap.* 35. *n.* 17. 18. atque *Daniel* HEIDERVS *in actis Lindau. p.* 870.

(†) Tres libros posſideo, quorum Beſoldus auctor & cœnobiorum patronus in hoc argumento. *Primus* his uerbis inſciptus: *Prodromus uindiciarum eccleſiaſticarum Wurtenbergicarum*, quod monaſteria, in principatu ſita, non pareant principatui edit. 1636. in 4t. Vbi inprimis etiam Beſoldus diplomatibus nititur de *Ciſtertienſium* exemtione. *Alter* eſt hic: *Documenta rediuiua monaſteriorum in Wurtenbergico ducatu circa libertatem & immunitatem coenobiorum, edit. Tubingae* 1636. *in* 4t. Qui liber merito theſaurus habetur diplomatum omnis generis imperialium, pontificialium, ducalium, abbatum & comitum longe inſtructiſſimus. *Tertius* eſt pretii eiusdem: *Documenta rediuiua monaſterii ſacrarum uirginum in Wurtenbergico ducatu, circa libertatem & immunitatem* edit. 1636. in 4t.

tenbergicis SVLGERVS (u†), quod illa uox aeui recentioris. Repoſuerunt aliqua ad haec Wirtenbergici. Sed ſcripta haec rara emtu, licet recuſa curis ſecundis. Iureconſultum auctorem habent *Guilielmum* BIDENBACHIVM (x†), qui peritia rei diplomaticae fuerat deſtitutus. Vnde ſcopulos non uidit, ad quos offendunt Beſoldiana.

§. 23. Diuturnum uero magis diplomaticum in Germania bellum non fuit, quam illud, quod circa annum CIↃIↃCXL. de Lindauienſis ſacri collegii potentatu, a ciuitate recte in dubium uocato, conſurrexit, ad quod omnes uere diplomaticae artis periti coiuere atque conſeruerunt inuicem calamos & manus.

K) Bellum diplomaticum ſuper LINDAVIENSI coenobio.

 Scri-

(u†) *In annalibus Zwifalt. ad an. 1442. cap. 2 p 45.*

(x†) Quinquennio poſt Beſoldiana, autore Guil. BIDENBACHIO, in gratiam principis & iurium eius in coenobia Wurtenbergica, prodierunt *duo* ſcripta. Vnum: An die Käyſerl. Maieſt. allerunterthänigſte anzeig und bitt Anwalds deß Hertzogs zu Wurtenberg, auf ein von den innhaber, der Clöſter ausgewirckts monitorium vom 7. May 1640. edit. 1641. in 4t. *Alterum.* Gründlicher Beweiß, daß die Prälaten und Cloſter deß Herzogth. Würtemberg von 90 biß 200 jahren her Land-ſäßig geweſen, wider die neuerliche immedietaet aus documentis edit. 1641. in 4t. Vtrumque ſcriptum quadriennio poſt curis ſecundis auctum & editum cum additionibus, zum andern mahl aufgeleget, und itzo vermehret an. 1645. in 4t. Parum tamen eſt, quod in altera editione acceſſit. Quod tamen fieri omnino poterat a iureconſulto rei diplomaticae non ignaro.

Scripſi alibi hac de re (1), cuius nunc recito tantummodo interpretes & auctores. Sunt autem, qui ſequuntur. Principio ſuppoſititii partus abortum oſtendit uir rerum patriae & uetuſtioris etiam aeui peritiſſimus, *Daniel* HEIDERVS (2). Quem tamen in

Heiderus 1643.

gratiam ſacrarum uirginum confutare inſtituit *Henricus* WAGENRECK (3), ieſuita ceteroquin non indoctus. Deſtruxit uero iterum huius auctoris ar-

Wagenreck 1647.

gutias *Herman.* CONRINGIVS (4), ſcripto prolixo & ſincero, alieno longe a pigmentis & ſpecie inanium. Cuius ſententiam, diploma commentitium eſſe, doctiſſimi alii ſunt ſequuti, in iisque

Conringius an. 1672.

(1) In *Germania principe* lib. I. cap. 3 quod eſt de *praetenſionibus Auſtriacis p.* 297. 298. *ſq.*

(2) Qui fuit Lindauienſi reipublicae a conſiliis. Liber eius ita inſcriptus eſt: Gründliche ausführung der Reichs-ſtatt Lindau, die ohnverſehens abgelöſte und der Erzherzogin Claudiae, pendente lite, cedirte Reichs-Pfandſchafft betreffend edit. *Noriberg.* 1643. *f.* In quo uolumine p. 724. diploma exhibetur, de cuius pretio, falſumne illud, an genuinum ſit, disquiritur. Cum autor oſtendat, diploma iuri publico illius aeui aduerſum eſſe, ea occaſione uaria tractat patrii iuris argumenta.

(3) Cuius ea de re opuſculum difficile eſt repertu inſcriptumque: Standhaffte Rettung des Cloſters, contra acta Lindauienſia edit. Embſſi ad Rhenum in 4to 1646. Cum in mea ſupellectili illud non reperiatur, porro aliquid addere nolo. Alia certe *Wagenreckiana* cum in iure canonico, tum in hiſtoria antiqua, maxime ſacra, non parui facienda.

(4) Inſcriptio libri: *cenſura diplomatis, quod Ludouico imperatori* (uel *pio* uel *Italico* iuniori uel *Germanico* eius nomi-

que *Stephan.* BALVZIVS (5); princeps FVRSTENBERGIVS (6); *Carolus* COINTIVS (7) aliique. Sed tamen nouiſſime iterum malam coenobii cauſam defendere & ſcripto tueri auſus eſt RASSLERVS, *ieſuita & cancellarius* academiae *Dillingenſis* (8). Verum mouit hoc bilem bonae cauſae patronis, quod, in tanta hiſtoriae & diplomatum luce, ieſuita, inſolenti certe auſu, commentitiam ſchedam, pridem a uiris eruditis proſcriptam, iterum re- Raſsler & Bodler an. 1691.

minis regi, tantopere enim uariant coenobii patroni) *fert acceptum coenobium Lindauienſe, qua ſimul res imperii & regni Francorum, eccleſiaſticae & ciuiles, ſeculi inprimis Carolingici, illuſtrantur* edit. *Helmeſtadii* 1672. in 4t. Opuſculum hoc, inſtar theſauri, haberi debet rerum, facientium ad artem diplomaticam. Illud etiam dici poteſt, quod Conringius primus fuerit doctor illius, unde plura habet Mabillonius. Sed Conringio illud inuidiam contraxit ordinis Benedictini, quod p. 375. ſuo opuſculo iunxerit *Gab.* NAVDAEI *raiſons peremptoires* dederitque eis calculum ſuum; *diplomatum ſuppoſtores & falſarias pluribus abhinc ſeculis eſſe etque audire monachus Benedictinos.* Mallem ego, abſtinuiſſet ille ab his in Lindauienſi optima cauſa. Cuius certe non intereſt, cumulare aduerſarios.

(5) In *epiſtola*, quam ſcripſit de Lindauienſi diplomate ad Conringium.) Qui illam exhibet p. 397. in ſua cenſura.

(6) In *epiſtolis ad Conringium* num. 29. quae eſt epiſcopi Paderbornenſis. Debet illa uel ideo fieri maioris, quoniam eius auctor ceteroquin *diplomatum*, praeſertim *Carolingicorum*, agit patrocinium. Quod dictum eſt ſupra. Sed Lindauienſis ſuppoſtor omnem exuit ruborem.

(7) *Tom. VII. annal. ad an.* 813. *n.* 174. Qui doluit, bonam ſaepius cauſam tueri coenobitas peſſime pſeudodiplomatibus.

(8) Liber eſt anonymus ita inſcriptus: *Iuſta defenſio coenobii* ex

reducere atque nubem pro Iunone obtorto collo obtrudere tentauerit cultoribus diplomatum. Ne ergo tanta impunis eſſet temeritas: plurimi uiri eruditi, non in gratiam urbis, ſed ueritatis noui *hyperaſpiſtae coenobialis* argumenta ſub incudem hiſtoriae & rationis uocarunt disſiparuntque. In quibus SAGITTARIVS (9) &, adparatu longe maiori, *With. Erneſt.* TENZELIVS (10) atque *Ioan. Nic.*

Sagittarius 1693.

Tenzelius 1693.

ex diplomate, toties reiecto & conuicto partus adulterini edit. *Conſtantiae* 1691. Cum ipſa Lindauienſis ciuitas hoc opuſculum uerbatim exhibeat reſpondeatque illud in *hiſtoricis uindiciis* editis *Lindauiae* 1700. *f.* non opus eſt, ut illud redimatur ſigillatim. Autores habentur ieſuitae: *P. rector* BODLERVS Neuburgi & P. RASSLERVS, Dillingae.

(9) *In antiquitatib. lacus Bodamici*, edit. *Ienae* 1693. in 4t. reſpondente, Sagittario praeſide, hoc argumentum in cathedra academica *Georgio Iac.* MELLINO, *Lindauiae acroniano.* Pertinet uero huc a *cap. VIII.* §. 4. 17. 18. usque ad finem, ubi νοθείας indicia euoluerunt ſiue Sagittarius ſiue Mellinus ſiue uterque, noſtra parum refert.

(10) In *colloquiis menſtruis* anni 1693. menſe *Maio* a p. 378 *ad p.* 479. menſis *Iunii.* Et ſane fuerat in litteris & ſtudiis. *Tenzelii* illud ſingulare, ut cum cura ſucceſſuque inquireret in uetuſtiora patriae monumenta. Vnde etiam illud dici poteſt, Tenzeliana νοθείας indicia reliquis fere omnibus luculentiora eſſe & inſtituto magis concinna. Pretium ergo eius *menſtrua colloquia* habent maius, quam alia omnia, quae prodierunt auctoribus aliis tempore fere eodem. Cum ultima ſint gerrarum plena, quae magis ad lernae palatum, quam uiri eruditi. Addi poteſt in *Tenzelianis* colloquiis *annus* 1705. *p.* 475. 476. *ſqq.* ubi *Mabillonii* librum de arte diplomatica recenſet docetque p. 483. perſiſtere Mabillonium in perſcripta eidem ſententia, diploma Lindauienſe ſpurium eſſe, licet bona uerba dederit eius hyperaſpiſtae *Raſslero.*

Nic. HERTIVS (*) eminent. Penultimus certe omnium uirorum doctorum calculos habuit. Quod ciuitatis *Lindauienſis* proceres permouit, ut TENZELIO hoc argumentum commendarent, ex inſtituto ac ſolido pertractandum (II). Cuius etiam induſtriae *codicem* debemus ſingularem, omnium fere ſcriptorum, qui Lindauienſe diploma aut damnarunt aut defenderunt promum condum. Exinde aliquandiu feriae belli huius diplomatici uere ultra duo luſtra. Verum anno CIↃIↃCCXI. in hanc arenam, no-

Nouus liber *Tenzelii* an.1700.

(*) In epiſtola de Lindau. diplomate ſcripta an. 1695. quae habetur in opuſculo de *fide dip. tom. I.cap.p.*639.

(II) Eſt hic egregius & in rebus diplomaticis utileſſimus liber, qui eius calamo uidit lucem, ita inſcriptus: HISTORICAE VINDICIAE pro *Hermanni* CONRINGII *cenſura in diploma fundationis* fictitium, *quod* Lindauienſe *coenobium* primum *imperatori* LVDOVICO, *Lotharii filio;* poſt LVDOVICO *ſeniori, regi Germaniae;* nuperrime *imperatori* LVDOVICO, trina *uariatione adſcripſit. Oppoſitae iuſtae defenſioni ab ipſo coenobio in fauorem praedicti diplomatis an.* 1691. *Conſtantiae typis eulgato,* edit. *Lindauiae an.*1700.*f.* Illud ſciendum eſt, primum hoc uolumine exhiberi uerbatim *Raſsleri & Bodleri* Ieſuitarum defenſionem coenobii oppoſitam Conringianae cenſurae: *deinde* ampliſſimo commentario ad ſingula reſponderi: *poſt* adpendicem ſiſti XIIX. diplomatum Ludouicianorum in iisque uera a falſis ſecerni: *praeterea* produci in medium XIX. alia diplomata Ludouici primum cum iisque conferri ſpurium Lindauienſe: *porro* ſyllabum diplomatum Carolingicorum, maxime ſuppoſititiorum, cum obſeruationibus: *demum* reſponſa Gieſſenſis & Tubingenſis academiarum, auctoritate ordinum iureconſultorum & hiſtoricorum: *tum* uariorum de ſuppoſititiis diplomatibus iudiciorum excerpta.

Raſslerus an. 1711. nouo & repetito conatu, prodiit *Maximilianus* RASSLERVS, *ieſuita (12), unde ſatis intelligitur, nondum fabulae huius finitam eſſe hiſtoriam. Neque tamen ideo deſerta eſt bona cauſa Lindauiae ciuitatis. Suſcepit enim eandem altero ſtatim anno poſt ciuis eius, iuuenis eruditus atque huic oneri par, *Ioann.* Wegelinus 1712. *Reinhardus* WEGELINVS (13) in diſſertatione

(12) Inſcriptio libri, paſſim in imperii comitiis, quamvis infelici ſucceſſu diſtributi, eſt hic: VINDICATIO CONTRA VINDICIAS. *Siue ad uindicas hiſtoricas Wilh. Ern.* TENZLEII *pro H.* CONRINGII *cenſura non ita pridem editas, magnis rationum momentis fundata reſponſio. Quae celebrium ceteroquin ſcriptorum multiplices in re hiſtorica, diplomatica, politica, polemica prolapſiones reteguntur. Veritas e diuerſo oppugnati diplomatis Lindauienſis denuo adſtruitur, uindice & defenſore* P. Maxim. RASSLER, *S. theol. D. & epiſcopi cancellario in academia Dillingenſi, cum adprobatione ſuperiorum & priuilegio Caeſareo* edit. *Campiduni an.* 1711. Torquet retorquetque auctor diplomatis elementa, ſigilla, annos, formulas communes & curiales, ut rerum ignaro perſuadeat, thema hoc eſſe academicum, id eſt, problematis inſtar, quod ex utraque parte poſſit defendi diſceptando. Sed utinam, mea intereſſet, falcem mittere in hanc meſſem! Id forte efficere liceret & ponere ante oculos: *aut ſpurium eſſe diploma aut falſam hiſtoriam omnem Carolingicam.* Cuius omnia momenta turbat, concutit, conuellitque ſuppoſtor malignus, ineptus rerumque prorſus ignarus.

(13) Diſſertationis inſcriptio eſt: de CIVITATIS LINDAVIENSIS *praerogatiua* ANTIQVITATIS, *prae illuſtri ad D. uirginem coenobio eiusdemque famoſi diplomatis Ludouiciani falſitate; Contra iniqua Raſsleri, nuperae uindicationis argumenta. Denuo retecta & ſummatim excuſſa.* Edit. *Ienae an.* 1712. Vtinam docto ſcriptori acceſſus olim pateat ad tabularia & diplomatum αὐτοψίαν, ubi in adſen-

ne academica & inaugurali, moderatore Ioan. Bernardo Frieſen, iure conſulto, a cuius doctrinis paulo remotum eſt hoc argumentum hiſtoricum. Neque poſſum non adplaudere iuueni docto, quod impenſas fecerit in ſpecimine inaugurali, in quo olim animum defigere licet uiro & forte in huius argumenti curis ſeneſcere.

§. 24. Neque uero ſola Lindauia certat in diplomaticis bellis pro ſuo territorio. Etiam ARGENTORATENSIS ciuitatis potentatum, plerisque certe Germaniae urbibus uetuſtiorem (a*), impetere auſi ſunt ſuppoſitiis diplomatibus apud Franciscum GVILLIMANNVM (b*), quaſi urbs penderet a nutu & arbitratu antiſtitis & coenobitarum, his deberet ortum — I) diplomaticum bellum de iure antiſtitis in ARGENTORATVM an. 1005.

ſertis erit fidentior aduerſus ſuppoſititia commenta. Quae cum plerumque deſit Ieſuitis, quibus alii omnes aditum ad tabularia, iuſti metus & ſuſpicionis cauſa, negant, collegia uero eorundem hodie aut nudius tertius nata, hac ſupellectili deſtituuntur; inde illis tantum animi in hac arena. Quod uerſari ſe in hoc negotio exiſtimant in academicis umbratilibus, in quibus pro arte habetur, omnia diſputare ex utraque parte & thema, hodie propugnatum, poſtridie iterum impetere, mira problematici ingenii laude. Has autem nugas ferre recuſant ſacra tribunalia.

(a*) Quod ex inſtituto docuimus *in opuſculo de diſparili nexu ciuitatum cum S. R. I.* Vbi inprimis ratio eſt habita *Argentorati*.

(b*) In libro *de epiſcopis Argentoratenſibus*, qui repertu eſt difficilis, *cap. 7. quando & quomodo Argentina epiſcopis ſubiecta.* Recitat enim *p.* 45. 46. diploma, memoriae cauſa.

tum & animam. Quorum commenta ideo reprehendit caſtigauitque *Vlricus* OBRECHTVS (c*).

m) de Reichenauenſium iure in VLMAM an. 813.

§. 25. Nobilem VLMAM ſaepe miratus ſum, paruiſſe imperio unius coenobii REICHENAVENSIS. Sed, poſtquam legi, coenobitas in hac iuris inſolentia *Carolino diplomate* niti, anno 813. concepto deſcriptoque NAVCLERO (d*); CRVSIO (e*); MAGERO (f*): tum demum audentior ſum factus ad credendum, artibus & machinis (g*) priſtina Vlmenſium iura

---

ſa, ab *epiſcopo Argentoratenſi Wernero* ſcriptum anno 1005. In quo refert narratque antiſtes: quod conditus epiſcopatus a Childerico rege; amplioribus ditatus ſit limitibus a Lothario I. imperatore; ciuitas addicta epiſcopo; reddita eidem poſt ab Heinrico S. Idem documentum exhibet KOENIGSHOVEN ad eumque SCHILTERVS in notulis ad chronicon *obſeru.* 8. *p.* 534.

(c*) Ex ſolido inſtitutoque id egit *in prodromo rerum Alſatic. cap.* 9. ut oſtenderet diploma eſſe commentitium idque cum formularum ergo, tum rerum. Falſum etiam eſſe, quod adferat Guillimannus, Argentoratenſem ciuitatem anno 1355. reuiſum, relectum, habuiſſe pro genuino. Quoniam hoc non ciuitas fecit, ſed adſeclae praeſulis & praeſulatus.

(d*) *Chronici ſui uol.* 2. *generat.* 27. *p.* 607.

(e*) *Annalium Sueuiae lib. I. part.* 2. *c.* 7.

(f*) *De aduocatia armata cap.* 5. *n.* 430.

(g*) Habetur enim in pſeudodiplomate; *Carolum M* VILLAM *ſuam* REGALEM, VLMAM *pro animae ſuae & parentum ſuorum remedio cum omnibus adpendiciis & locis adiacentibus dediſſe & transfudiſſe in coenobium* REICHENAV. Verum, ut νοθείας indicia alia taceam, Caroli M. donationes, monachis factae, adeo profuſae non fuerunt, ut *regales uillas* degluberent expungerentque urbes ex matricula ſui imperii.

iura ſubuerſa, non aliquo Caeſaris aut Sueuiae ducis decreto. Certe Carolinum illud diploma ſpurium & ſuppoſititium eſſe, oſtendere CONRINGIVS (h*) TENZELIVS (i*) PAVLINVS (*). Intereſt ſane Vlmenſium, hanc tabulam noſſe, licet eam redemerint aere an. 1340. ut nuntium iuribus in urbem mitterent Reichenauienſis coenobii collegae. Vitio igitur dari non poteſt Vlmenſibus, quod caueant ſibi a coenobiorum dominatu (k*).

§. 26. Imo ipſi quandoque ſacri praeſulatus inuicem in iuribus ſuis certant eius generis diplomatum figmentis. De Auguſtano epiſcopo teſtatur BESOLDVS (l*), quod aduocatiam ſibi adroget in *Ottenbeurenſe* coenobium, ſitum in eius dioeceſi. Verum diplomate Caroli M. ſe tuentur coenobitae (m*). n) OTTENBVRENSIS coenobii libertas an. 769.

Hoc

(h*) In *cenſura diplomatis Lindau.* p. 306.

(i*) In *hiſtoricis uindicis Lindauienſis diplom.* adpend. 3. p. 72. 73.

(*) *de aduocatis monaſticis* §. 8. p. 540.

(k*) Horreat, quisquis legit, artes monachorum, in ſuis benefactoribus deuorandis. Vellem exponeret hoc erueretq; aliquis ciuis, cuius intereſſet, diplomatis ineptias noſſe & inanes cothurnos. Irre tortos ideo meretur oculos coenobium *Wengenſe* intracinitatis pomoeria, ne malum excitent ulterius ſerpendo. Certe *parochialia* iura alieniſſima a coenobiis & non niſi indulgentiae ſingularis. Hoc lumine indigent ea, que habet KNIPSCHILD *lib. 3. de ciuit. imp. cap.* 54. *p.* 895.

(l*) In diſſertatione *de iure foederis cap.* 5. *n.* 8.

(m*) BRVSCHIO in hiſtoria huius coenobii deſcriptum. Sed plenius exhibitum a MAGERO *de aduocatio cap.* 5. *n.* 401. *p.* 152.

Hoc tamen commentitium eſſe & a ſuppoſtore effictum, quilibet intelligit formularum iſtius aeui non ignarus (n*).

o) in praeſulatu. CAMPIDVNENSI an. 773. & 777.

§. 27. Magni etiam faciunt diploma Carolinum CAMPIDONENSES, quo anno 773. ſint collegio ſacro & immunitatibus donati (o*), imo, ſi credere lubet, anno 777. condecorati quatuor curiae *officialibus*, Bauaro, *mareſchalco*; Saxone *pincerna*; Monfortii comite *dapifero*; Nellenburgenſi, *camerario*. Quas nugas recitant probantque BRVSCHIVS (p*), CRVSIVS (q*), KNICHEN (r*) & ipſe MAGERVS (s*), iurium Romanorum magis peritus, quam

(n*) Quod pariter docet oſtenditque CONRINGIVS *in cenſura diplomatis Lindauienſis p.* 306. Vbi dicit eſſe *hanc impoſturam inepti nebulonis, monachi Benedictini*. Et licet huic cenſurae contradicere uoluerit Raſslerus: res tamen ipſa loquitur commentum. Et ulterius id declarauit TEMZELIVS *in hiſtoricis uindiciis adpend.* 3. *n.* 2. *p.* 76. 77. Quo improbi commenti iudicio illud etiam dimittit *Chriſt. Franc.* PAVLINI *de aduocatis monaſticis* §. 9 *p.* 541.

(o*) Quod multa animi reuerentia recitat miraturque MVNSTERVS *in deſcriptione Campiduni*. Repetitque inde TENZELIVS *in hiſtoricis uindiciis adpend.* 3. *n.* 3 *p.* 78. 79.

(p*) *Centur. I. monaſterior. in Campidunenſi abbate primo.*

(q*) *Annal. Sueuiae part. I. lib.* 13. *c.* 3. Qui theologus omnia confarcit ex triuio additque ſuis annalibus ſine ullo iudicio & cenſura.

(r*) *De iure territor. c.* 4. *n.* 326. Neque enim hic deluto meliori iureconſulti, leges docti Romanas.

(s*) Stupore uero intolerabili, *de aduocat. cap.* 5. *p.* 419. 420. Quaſi aeuo Carolino abbati & monachis potentiſſimi principes fuiſſent a curialibus ſeruitiis aut horum munerum quaternae attin-

quam rerum inferioris aeui, ubi ſe exhibet infantiſſimum. Quis enim has ſchedas abſoluerit a commentitiis & fraudulentis diplomatum impoſturis (t*)?

§. 28. Quod magis eſt, uix in ſupremis S. R. I. tribunalibus cauſa inter ordines Germaniae agitatur, in qua non habentur ſimul lites de productorum *diplomatum imperialium* fide. Vnde ad *rem diplomaticam* omnino etiam pertinent libri iureconſultorum CAMERALES, qui dicuntur. Quam fidenter *Wirzburgenſis* epiſcopus adfirmet, Caroli M. priuilegio ſibi deberi *Franconiae ducatum* aut, ſi mauis, codicillo regis *Pipini*, qua de re alibi ſcripſimus (30), illud quidem eſt notisſimum. Idem uero praeſul aduerſus BAMBERGENSEM epiſcopum in camerali iudicio produxit Friderici I. diploma a. 1168. (31.) ſcriptum aliorumque Caeſarum diplomata, de quorum αὐθεντία omnino poſſet diſceptari. Sed ipſi BAMBERGENSES in

p) bella diplomatica WIRZBURGENSIA & BAMBERGENSIA.

e

tingerent tantam aetatem in proceribus imperii.

(t*) *In hiſtoricis uindiciis diplomatis Lindau. adpend.* 3. *p.* 79. 80. Non delectabitur his naeniis princeps Campidunenſis, de purpura ſua certior, quam per ſpurciſſima commenta.

(30) in *praefatione ad ſcriptores rerum Wirzburgenſium* ciuitatis & epiſcopatus §. 18.

(31) In eo cautiores ſunt Wirzburgenſes aliis. Nam prouocant quidem ad *Pipini* & *Caroli M.* diplomata; quibus largitoribus acceperint cum *Franconiae* ducatum, tum iuriſdictionem: ſed tamen addunt diplomata illa combuſta eſſe ideoque inſtaurata a Friderico I. impe-

in medium attulere ſententiam Friderici I. imperatoris, anno 1160. latam in cauſa iurisdictionis in eorundem fauorem aduerſus *Wirzburgenſium* praeſulum conatus (32). In quam aperte Wirzburgenſes inſurrexerunt, dicentes, eam confictam eſſe a ſuppoſtore neque in tribunalibus ideo attendendam (33). Licet meo ſecus uideatur iudicio.

q) diplomaticum bellum ERFVRTENSIS coenobii

§. 29. Eſt etiam celebre ERFVRDIAE coenobium in hac haereſi & opinione, illud anno 706. a DAGOBERTO, Franciae rege conditum atque inſtitutum eſſe. Quo fine hodieque oſtendunt *Dagobertinum* di-

peratore an. 1168. Quod poſt FRISIVM & LEVCKFELDVM *in Poeldenſibus* recitat *Ioan.* MEICHSNER *tom. IV. decis.* 10. *p.*135.135. Vbi etiam diplomata uetuſtiora a Wirzburgenſibus adferuntur CVNRADI I. an. 915. OTTONIS an. 996. HENRICI S. an. 1008. CVNRADI II. an. 1032. HENRICI III. an. 1120.

(32) Apud *Ioan.* MEICHSNERVM *tom.* 4. *deciſ.* 10. *p.* 126. in qua Fridericus I. imperator. 1160. litem decidit de controuerſa iurisdictione *Wirzburgienſis* & *Bambergenſis* praeſulatuum in diuerſis Franconiae pagis ac dynaſtiis. Nam illud perhibere ſolent Wirzburgenſes patroni: *eſſe Wirzburgenſem epiſcopatum longe uetuſtiorem Bambergenſi; imo hunc ipſum natum eſſe in primi ſolo, fundo, dioeceſi.* Vt adeo omnis iuris praeſumtio ſit pro Wirzburgenſi. Sed reponunt Bambergenſes, fruſtra priſtini ſtatus memoriam urgeri. Poſtquam clarum ſit, Bambergenſia, ſubducta ſemel Wirzburgenſibus, ſuo gaudere nunc peculiari principatu. Ob quam cauſam Bambergenſes etiam in hac lite abſoluerit Fridericus I. an. 1160.

(33) Varia urgent aduerſus hoc documentum patroni cauſae Wirzburgenſis. Inprimis autem illud: *quod commentitium* ſit, ideo, quoniam Fridericus I. eo tempore abfuerit Germania, in Italiaque egerit. Sed confundunt ſententiam cum illius teſtimonio.

diploma, quod etiam in libris ſuis exhibent deſcriptum TRITHEMIVS (34); MADERVS (35); *Iodocus* COCCIVS (36) aliique. Verum illud accenſent adulterinis & ſpuriis exſibilantque ipſe TRITHEMIVS (37); GVDENVS (38); SAGITTARIVS (39). Quae tamen iudicia pro peruerſis ac corruptis habent mouentque haec illis ſtomachum. Nam metuunt ſibi non ſolum de damnis & proceſſibus in uillis ac praediis ſuis: ſed etiam id aegre ferunt, quod *regalis filiae* ita perdant elogium, quo ſuperbiuerint triumphauerintque adhuc. S. Petri an. 706.

§. 30. Multa etiam inter uiros eruditos diſſidia excitauit diploma, ſiue conſtitutio CAROLI CRASSI Caeſaris, quam FRE- r) Diplomaticum bellum de R. EXPEDITIONE Ca-

e 2

(34) *In compendio de origine regum & gentis Francorum* ad an. 706.

(35) In adpendice *chronici Montisſereni* p. 273. Cuius exemplum auctum & emendatum magis in *codice msſcto* reperi in cimeliis *Plothonianis* Berolini.

(36) In *libro* rariori, quam utili de *Dagoberto* fundatore epiſcopatus Argentoratenſis. Adſerno etiam in ſupellectili mea *quatuor* diuerſa *chronica msſcta Erfurtenſia*, in quorum uno *coenobium* hoc *Dagobertinum* nominatim adpellatur.

(37) In *compendio hiſtoriae Francorum* ad h. a. ubi *quatuor* recitat indicia νοθείας.

(38) *In hiſtoria Erfurt. lib. I. p.* 11. 12.

(39) In *antiquitat. Thuring. lib. I. cap. XI. p.* 32. Sed poſſent plura addi argumenta & euerticula fidei, adhuc diplomati tributae.

roli craſſi an. 790. FREHERVS (40), LEHMANNVS (41) habuerunt pro genuina, de quo etiam *Ludou. Cantarellus* FABER (**). Primus ſenſuum magis cauſa in alios, quam ita iubente ueritate. Cum indicia ſpurii & recentioris partus ſint extra dubitationem (42). Neque locus ſit coniecturae SCHILTERI (43), qua Conrado IV. tribuit documentum.

s) diplomaticum bellum de §. 31. Quid? quod ipſus ego certare debui in huius generis pugna praeli-

(40) Is enim acceperat hanc membranam a VVELSERO V. C. Huic ergo ut probaret adſerta, in commentario ad illud diploma certauit pro illius natalibus genuinis, licet titubando. Opuſculum prodiit cum ſigillatim, tum iunctim cum aliis lucubrationibus in uolumine inſcripto: *Repraeſentatio S. R. I.* Quod etiam exhibet GOLDASTVS *conſtit. tom.* 1. *p.* 207.

(41) *Lib.* 2. *chron. Spir. c.* 42. ubi diploma recitat bona fide docetque hoc ſpecimine, plus ei fuiſſe operis, quam ſalis & iudicii, uera a falſis & ſuppoſititiis diſtinguendi.

(**) *In traité de l'origine des fiefs p.* 182. 183.

(42) Plures hiſtorici & iureconſulti diplomatis rident explodentque commenta. In quibus BOECLERVS in *hiſtoria ſeculi IX. atque X. p.* 186. 187. atque in *notitia S. R. I. lib.* 15. *c.* 2. STRAVCHIVS *de hoſtendiciis* §. 50. OBRECHTVS *de expeditione R.* §. 9.

(43) In *commentario ad ius Aleman. cap. VIII.* §. 2. Licet enim eo tempore *feudi* uerbum occurrat, quod ignoratum aeuo Caroli craſſi: ſunt tamen alia plura huius diplomatis, quae aeuo repugnant Cunradino. Quaſi ſcilicet tum *Francorum* titulus praelatus fuerit *Romanorum*; quaſi imperator ſalutatus *Romanorum rex*; quaſi dicta expeditio ad *apoſtolicam ſedem*; quaſi epiſcopi tum dicti principes; quaſi *anni unius & ſex hebdomadum* obſeruata unquam tempora; quaſi Ronſaliae etymon *curia Gallorum*, in diplomate ponenda, taceo generis alius fabulamenta.

formula DVCATVS Brandeburgici an. 1195. 1197.

liari. Cum enim primus eſſem, qui BRANDEBVRGICO marchionatui adſerui honorem ac formulam ſingularis ac praepotentis in Germania DVCATVS, fide diplomatum anno CIϽCXCV. atque anno CIϽCXCVII. ſcriptorum ab Henrico VI. imperatore, in quibus *Brandeburgicam* ille marchiam DVCATVM tranſalbinum dixit atque eius marchionem honeſtauit uerbo DVCIS (44): duo in uicina academia iureconſulti, ſiue nouitate rei offenſi ſiue timore, neſcio quo, acti, non ſolum in dubium uocare auſi ſunt documenti fidem; ſed etiam, calumniandi ſtudio animoque, amicis ſcripſerunt, non quidem ſe habere indicia falſitatis, non tamen dubitare, ea rerum ſcientia praeditum eſſe editorem, ut omnia fingeret in principis gratiam faceretque marchiam auguſtiorem (45). Ego uero, uti dicteria hominum maleuolorum temnere didici: ita hanc meam fidem teſtor, quam debeo litte-

 ra-

(44) Habes diploma e principali tabulario deſcriptum *de formula Brandeburgici ducatus lib. 1. opuſcul. num. 4. cap. 4. p.* 233. Is enim fructus fuerat ſpartae mihi demandatae archiuarii, ut *ducalem* honorem Brandeburgicae prouinciae pulcherrimo hoc uetuſtatis documento ponerem extra aleam.

(45) Parco nominum. *Primus* induſtrii iuriſconſulti laudem habet, quam depreſſit minuitque ſe immiſcendo rebus hiſtoricis & iuris publici argumen-

rariae reipublicae, authentica diplomata haec in *tabulario principali* Magdeburgico hodieque ſupereſſe (46). Plura reponere non poſſum ad calumnias, quas ipſi euomuere, nullo indicato *νοθείας* argumento.

t) diplomaticum bellum de HORREENSIS coenobii originibus an. 646.

§. 32. De originibus HORREENSIS uirginum coenobii in urbe Treuirenſi multae lites. Adſeruant coenobitae DAGOBERTI regis diploma, quo ipſe HORREVM palatium uerterit in nobilium uirginum contubernium, praefeceritque ei filiam ſuam IRMINAM (47) abbatiſſam.

mentis. In *Magdeburgico Burggrauiatu* uulgaria habet ex auctoribus uulgariſſimis. Qui nihil aduerſus diplomata proficient, in quibus illud eſt teſtatiſſimum: *Burggrauios Magdeburgici patriarchae & archiepiſcopi fuiſſe ſubuaſallos*, neequicquam principes S. R. I. *Alteri* uero ſtomachum mouere nolo. Nam ille ſtomachatur ubique & tum quoque, cum cauſa principis agitur. Vbi grauitas ſcriptorem decet, non uerba ſcurrlia, teſtes reliquiarum *mentis aliquando emotae.*

(46) Dabimus illa proxime cum *ſigillis & ſtrophis* quibusdam *aeri* inciſis. Etiam haec tamen ab artifice fingi poſſunt? Sed negauit hoc Mabillonius. Ego *fieri* id poſſe, nullus dubito. Sed *factum* hoc non niſi a falſariis & ſuppoſtoribus. Tales autem dicere uelle ſine cauſa idonea, illud quidem eſt hominis nugacis & impudentiſſimi calumniatoris. Si *Brandeburgicum ducem* non ferant aures delicatulae; quaeſo qui illud tulerint, fuiſſe *Brandeburgici* ducis *miniſteriales* regulos duos, *Meklenburgicum* & *Pomeranum*. Vtrumque iterum docent diplomata. *Primum* libellus regalis editus in cauſa *Meklenburgica*; alterum noſtri codicis *uolumen* 2. *num*. 57. 66.

(47) Diploma exhibent plurimi. HENSCHENIVS *de tribus Dagobertis lib*. 2. *c*. 10. Iacob. MASENIVS *in not. ad Browerum*

ſam. Exſibilat hoc Hadr. VALESIVS (48). Diplomatis naeuos plures oſtendit Godefridus HENSCHENIVS (49) emendatque in gratiam coenobitarum. Cuius etiam auctoritatem tuetur *Iacob* MASENIVS additque Dagobertinum ſigillum (50). Verum PAPEBROCHIVS (51) illud commentitium eſſe, probare inſtituit retractauitque omnia, quae ante, cum ipſe ſcripſerat in gratiam eius, tum illius ſodalis. Sed iterum tuetur illud MABILLONIVS (52). Habent tamen omnino ſacrae uirgines, quod requirant, qui cauſam agant earundem ex inſtituto. Nam intereſt earum cum urbis, tum archipraeſulis cauſa, ut uetuſtatem tueantur auerruncentque opprobrium litterariae ſui coenobii impoſturae.

§. 33. Sunt tandem, praeter hacte- Diplomatica bella

rum in reb. Treuir p. 609. Tribuit etiam hiſtoriae de *Irmina* fidem FREHERVS *ad Auſonii Moſellam n.* 460. *p.* 104. Qui etiam *diplomata Dagobertina* & *Carolingica* exhibet *in commentariolo* de *Lupoduno p.* 17. 18.

(48) *Tom.* 3. rer. *Francicar. lib.* 19. *p.* 131. Turget ubique Valeſius ſordentque ipſi omnia, quae habent alii.

(49) *de tribus Dagobertis lib.* 2. *c.* 10. Idem *in actis SS. die* 1. *Feb.* Idem *in genealogia S. Sigeberti* quae *in actis SS.* praemiſſa *tom.* 3. *Martii.*

(50) *In not. ad annales Treuir. Brow. p.* 609. 610. Vbi in Valeſium inuehitur acerrime, talia negantem.

(51) In *propylaeo antiquario*, quod habetur in *actis SS. tom.* 2. *menſ. April.* Vbi *Horreenſe* hoc diploma impetit magno *νοθείας* indiciorum adparatu *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6.

(52) *De re diplomat. lib.* 4. *n.* 145. *p.* 331.

alia curſim.

nus recenſita, diplomatica bella alia quaedam : ſed momenti paulo minoris. Quae curſim attingemus, illa recenſendo.

u) comitum de GLEICHEN an. 746.

Scilicet principio ſe offert ſuppoſititium diploma, comitibus de *Gleichen* ſcriptum a Carolo M. ut Laur. PECKENSTEIN habet (13) anno 746. Cuius uanitatem exploſere SAGITTARIVS (14) atque TENZELIVS (15). *Deinde* imperatoribus duobus Friderico I. atque II. impoſuit *Carolinum* pſeudodiploma,

x) Aquisgranenſe Carolinum.

datum Aquisgranenſibus, quod ipſe, inſtar ueri, confirmauit, notante GRYPHIANDRO (16), quod tamen glaucoma occupat multorum oculos etiamnunc in iisque HEISSIANOS (17) & uix condonandum BOLLANDO (18), quod titubare hic malit, quam aliquid

(13) *Theatro hiſtorico cap. XVI. p.* 235. quod eſt de hiſtoria comitum *Gleichenſium*. Additque repertum eſſe Caroli M. hoc diploma in artis Querfurtenſis collapſa turri. Quo etiam ſaepe prouocat Spangenbergius.

(14) In *hiſtoria Gleichenſium comitum*, quae nondum uidit lucem; ſed, ut alia plura Sagittarii, mordet carcerem.

(15) In *colloquiis menſtruis an.* 1696. *p.* 621. 622. . Sed huius codicilli *νοθείαν* ſentiet puer.

(16) *de Weichbildis c.* 42. *& cap.* 45. Fraus haec facilis pariter & intellectu, licet quosdam iureconſultos hodieque teneat ſtupor.

(17) Recitat enim illos *Le Sr.* HEISS *en ſon hiſtoire de l'Empire tom.* 3. *p.* 377. inſcripta: *Priuileges & prerogatiues accordez à la uille d'Aix la chapelle & à ſon egliſe collegiale de N. dame par les Empereurs Charle magne, Friederic. II.*

(18) In ACTIS SS. *die XXVIII. menſ. Ian. p.* 888. 889. ubi uerba ſunt haec : *hoc diploma, quam auctoritatem habeat, alii iudicent.*

quid definire. Quem ideo alibi redarguimus (19). Iidem Aquisgranenſes nouiſſime produxerunt Wilhelmi Caeſaris diploma, quo ipſe imperialium inſignium cuſtodiam illis demandauerit. In quo priuilegio tutelari ideo putant Noribergenſes illis facere iniuriam. Sed nos ſpurii partus indicia dedimus in *Noriberga tutelari* (20) inſignium S. R. I. De *Auſtriacis* priuilegiis, quae Iulio Caeſari, Neroni aliiſque Auguſtis largitoribus tribuantur, memorabilis locus eſt *Franc.* PETRARCHAE (21), pluribus deſcriptus (22)

y) Wilhelmi Caeſaris.

z) Auſtriaca

e 5

cent. Complura in eo miramur. Nam ſuſpectare aperte, quod alter imperator recitat, & traditio Aquenſis eccleſiae tuetur, uix audemus. Sed quam uanum & inane ſit, in his fraudibus, parcere uelle nominibus auguſtis, praeſertim cum iura noſtra *referens non tueantur, falſo relato*, illud quidem docuit ſatis *Daniel* HEIDERVS *in actis Lindauienſib. p.* 871. Ceterum eſt forte hoc ſpecimen nouum; tempore *Friderici I. imperatoris* (illius Seueri Archontii apud Harduinum) uixiſſe plures ſuppoſtores, qui finxerint diplomata generis cuius qui in gratiam aliorum, illaq; obtruſerint curiae imperiali ad habendum ratum faciendumque fraudem legitimam. Ipſi enim imperatori hanc tribuere, erubeſco. Licet eo audaciae dilapſus ſit Harduinus.

(19) In *Noriberga tutelari opp. tom.* 1. *lib.* 1. *num.* 1. *p.* 52 53.

(20) Indicia ſuppoſitii partus dedimus *in Noriberga tutelari cap.* 5. §. 5. *litt. nn.* quod in opuſculis exhibetur *tom. II. lib.* 1. *n.* 1. *p.* 55. 56.

(21) Vt omnia Petrarchae facienda maximi, ſic lectu relectuque digniſſima eſt epiſtola, quam de *falſitate priuilegii, Auſtriam ab imperio eximentis* ſcripſit ad Carolum IV. imperatorem, quae in *operis Petrarchianis lib. XV. rerum ſenilium epiſt.* 5. *p.* 955. 956. Vnde quaedam excerpemus

(22) de quibus nos alibi (23). Atque
Viginti bella diplomatica extra Germaniam. haec de diplomaticis bellis in Germania. Extra eam *uiginti* ſpecimina controuerſorum diplomatum, Benedictinis monachis auctoribus, recenſet exagitatque *Gabriel* NAVDAEVS (24). Huic addi poteſt in ſingulari epiſtola *Ioſephus*
Ioſ. Scalig. SCALIGER (25), cuius nares delicatae & molles, ut pleraque diplomata oleant ei

mus uerba: *Claudum*, inquit, *usquequaque mendacium eſt, quod producitur chirographum ampulloſum. A rudi literatore, mentiendi auido, ſed imperito fingendi mendacia, ſcriptum. Solent eius generis ſuppoſtores falſum condire quadam ſimilitudine: ſed in his Caeſareanis & Neronianis priuilegiis Auſtriacis nihil habetur, quam inſulſae ineptiae & nugae inſanae.* Et quae ſequuntur deinceps. Vbi ex uſu ſcribendi curiali & I. Caeſaris epiſtolis genuinis oſtendit, quod diploma productum ſit hominis furibundi & inſani nugax commentum. Finis epiſtolae eſt: *tu uale, Caeſar, noſtri memor & imperii. Sic uiue, ut mentiri tibi qui nolint, hoſtes metuant.*

(22) *lib.2. bibliothecae Vindobon. p.962. 963.*

(23) In *Germania principe lib.1. c.4. §. 2. p. 540.* de Auſtriaca domo auguſtiſſima, remotis licet deliriis & nugis.

(24) Recitat exhibetque hunc catalogum Naudaeanum uiginti *bellorum diplomaticorum Herm.* CONRINGIVS *in cenſura diplomatis Lindauienſis a p.375. ad p.396.* idque ex libro Naudaei, cui titulus: *Raiſons peremptoires a p.23.* usque *p.41.* Habemus multa in miſcellaneis noſtris, unde Naudaeana poſſent illuſtrari: ſed noſtri inſtituti non eſt, uagari in his concertationibus extra Germaniam.

(25) Loquitur enim in *epiſt.355. p.614. 615.* ea de re his uerbis: *Memini de Arelatenſi archiepiſcopatu, quod ex Zoſimo Papa ſcribebas. Quam epiſtolam, ſcito, eſſe commentitiam* & ridiculam. *Vt & eiusdem nominis duas, nuper a Coeleſtino monacho editas in bibliotheca Floriacenſi. Quis tam caecus, ut non uideat, quantum ſibi homines permiſerint, quibus plus otii, quam fidei ſuper-*

ei adulterina. Tale iudicium meretur *Franciſci de* ROSIERES liber ſtemmatum Lotharingiae (*). Quod teſtatiſſimum eſt

ROSIERIVS diplomatum ſuppoſitor.

perfuit. Ego multa monaſteriorum, capitulorum, epiſcopatuum diplomata uidi, regum, imperatorum, ducum nomina & ſcripturae uetuſtatem praeferentia, quae uix ulli commentitia eſſe, ſuboluit: nobis autem primo oculi coniectu odore falſitatis ſuae nares percuſſerunt. Cuiusmodi illud de donatione Alberici epiſcopi in fine operum Agobardi *anno* 830. *kal. Decemb.* INDICTIO *erat IX. non. VIII. a XXIV. Septembr. Nondum enim* indictione Romana *Gallicana eccleſia utebatur.* Epacta *erat II. non XIV. Erat annus XXVII. non XIV. imperii Ludouici. Haec* ψευδεπίγραφα *ideo reges ueros & ueras praeferunt donationes, quia de illis conſtabat. De annis autem regum & epactis ideo erratum. Quia, ueris diplomatis uel* INCENDIO *uel alia ui maiori amisſis, iuſtauranda fuerunt inſtrumenta, ne praediis donatis* FRAVDARENTVR *monaſteria. Sed qui inſtrumenta commenti ſunt, reges quidem nominare & praedia donata deſignare potuerunt, quod memoria eorum tradita per manus: annum uero regis, indictionem & cetera id genus certo referre per imperitiam non potuerunt. Eruditorum enim eſt, non* τῶν τυχόντων *ea deſignare. Iam ſcire potuiſti, quid hominis ſit* XXX. *Neruo magis mihi idoneus uiſus, qui in* KOCOLDARVM *collegia cooptetur. Et, niſi animus me fallit, in eas partes perducetur.* Patent inde plura. *Principio* Scaligerum cauſam impoſturae reponere in incendiis tabulariorum & periculo amittendi rerum poſſesſiones. *Deinde* potisſima indicia pſeudodiplomatum eum quaerere in temporum & annorum calculis. *Poſt* eum conſecutionis uincula rumpere a fictione inſtrumenti ad iuris defectum. Forte paulo aliter iureconſultus ſentiet, ille praeſertim, cui in numerato ſunt formulae curiales in omnibus fere ſeculis diuerſae atque adeo difficiliores imitatu, quam computi & calculi temporum. *In ultimo* autem non decipitur Scaliger, quod ſtudia eius generis impoſturarum tribuat ieſuitis.

(*) Quem tamen librum ſuum auctor, ſed nugaciter, dixit; *inſtar es-*

eſt, eum plura diplomata uel effinxiſſe uel adulteraſſe, ut conducerent ad finem ſibi in rebus & genealogiis Lotharingiae propoſitum. Quapropter hiſtoria fert: eum coram Henrico III. Galliae rege falſitatis conuictum atque condemnatum eſſe ad palinodiam, librum autem proſcriptum atque eius exempla plura combuſta eſſe. Quod narrat *Lud. Faber* CANTARELLVS (**). Quorſum etiam querela pertinet *Werneri* THVMMERMVTI, rei clientelaris apud Germanos peritiſſimi uiri (***): multoties archiuarios mendaces eſſe in principis ſui

Thummermuth.

eſſe bibliothecae omnium hiſtoriarum. Editus eſt *Pariſ.* 1580. *f.* Quod multa illi inſunt uulgaria; a ſcopo aliena; turbida; falſa; adulterina.

(**) Teſtatur ita HENSCHENIVS *in uita S. Sigeberti regis Franc.* quae habetur in *act. SS. die* 1. *menſ. Feb. p.* 233. itemque *Iac.* MESENIVS ad *annal. rer. Treuirenſ. Brow. tom. I. p.* 608. Quae cauſa, quare hic liber adeo difficilis ſit emtu repertuque, licet tanta eius non ſit utilitas.

(***) Hiſtoriam ipſe hanc refert in libro *latine* ſcripto, cui titulus in uernacula: *Krumſtab ſchleuſt niemand aus* ſiue *relatio compromiſſi feudalis inter archiepiſcopum Colonienſem contra patriae nobilitatem*, genuinam *feudorum Colonenſium* indolem complexa, edit. 1643. f. Cum librum hunc Germanis ego commendarem in diſciplina feudali, illum recuderunt Lipſienſes. Verum omiſerunt faſciculum, his uerbis inſcriptum: Krumſtab ſchleußt niemand aus, das iſt documenta Stiffts Cölniſcher Erb- und Kunckel-Lehn, ex actis publicis compromiſſi und ſonſt an ſeiten Stifft-Cölniſcher-Ritterſchafft und Lehn-Leuth zur Nachrichtung extrahirt, *conſuetudo notoria probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorum* edit. 1632. *f.* Vbi *litterarum clientelarium* habentur *centuriae*, quae ſententiam ordinum ne-

ſui gratiam. Vtinam effugerent hanc notam uolumnia GOLDASTI (*†) atque LVNIGII (††) in tanto tamque utili *diplomatum adparatu.*

§.

nobilium clare firmat; *omnia feuda Colonienſia eſſe promiſcuae ſucceſſionis.* Quapropter incuſare ſolebant an. 1623. archiuarium ordines; *quod e tabulario documenta alia neget, alia declinet*, minusque agat ex fide ad principis ſui & ſacri collegii demerendum fauorem.

(*†) De GOLDASTO communis querela, quod omnia documenta, codicillos, diplomata acceperit ſine diſcrimine ab hominibus diuerſis exhibueritque in *quatuor* deinde tomis *imperialium conſtitutionum.* Quorum tamen altera fere pars ſit commentitia & falſa, nunc collectori ex imperitia, iterum ex malitia doloſe transmiſſa uel ad fucum faciendum hominibus litteratis uel ad promouendum commoda alicuius partis, cuius ſtudio transmiſſor fuerit actus, *Iacob.* VVENCKER *in adpatu archiuor. obſeru.* 9. §. 13. *p.* 116. Optandum eſſet, edi a Bremenſibus, qui bibliothecam Goldaſtianam redemerunt, nomina eorum, quibus accepta tulerit Goldaſtus ſingula inſtrumenta. Ita enim fama fert, Goldaſtum in ſuo exemplo illa adnotauiſſe ſua manu. Sed ipſe dubito de hac hiſtoria.

(††) Multum operae ponit LVNIGIVS in diplomatibus, & inſtrumentis nunc exſcribendis nunc requirendis a Germaniae principibus & proceribus per litteras. Qua in re nullis parcere ſolet impenſis neque ab hoc ſtudio deterrent eum aliquorum ruſticitas, inuidia, rigor, liuor, reprehenſio, repudium, contemptus, repulſa. Omnia enim facile concoquere ſolet illius ſtomachus, dummodo uoti ſui fiat compos. Easdem fores idem ſaepe pulſat iterumque ad habendum acceſſum. Qua certe laudabili importunitate plurium animos & tabularia demum expugnat. Verum enim uero parum illi curae, quod pretium habeant mereanturque tales codicilli. Id potius agit, ut omnia conſarciat ſine diſcrimine & ſelectu. Imo largitorum ſtudet ideo mox obliuiſci: ut iurare queat, non ſe meminiſſe illius, cui debeat, quod in publicum emiſit. In hoc igitur ei ſalus; *quod ſit obliuioſus.*

De arte diplomatica ſciptores in Germania,

§. 34. In tantis igitur numeris bellorum diplomaticorum in Germania noſtra, omnino intereſt iurisprudentiae cultorum, ne artis diplomaticae ſint ignari: ſed hanc diſcant doceantque in legum pandectis excurrantque eo, dum titulum explicant de *fide inſtrumentorum*. Hoc enim ſi fuerit factum, tum demum intelligent iurisperitiae forenſis ſtudioſi, quanta in cauſis forenſibus inde momenta pendeant & quam miſere famam iuſtitiamque proſtituerint doctores ueterani, praeſidii huius prorſus ignari. Docebunt illa, quae hactenus ſunt dicta, in diplomaticis controuerſiis, patriae noſtrae frequentisſimis, plurimos fuiſſe, hac arte non leuiter inſtructos, ut, ſi de aetate contendendum, Germanis hic princeps debeatur locus. Verum deſideratur tamen in Germania noſtra *diplomaticae artis ſyſtema*, Mabilloniano ſimile aut forte maius noſtroque propius inſtituto. Nam multus diplomatum uſus eſt in foris noſtris, nunc in cauſis publicis, iterum in clientelaribus, quandoque in ciuilibus etiam, ſed iurisprudentiae ignarus fuerat Mabillonius. Qui etiam ad mores Galliae potisſimum reſpexit, rerum patriae noſtrae nec quicquam peritus. Quod cum ita ſit, omnino hoc argumentum expe-

admodum neceſſarii & utiles.

pectat uirum iureconſultum, Romana, Longobardica, canonica & patria iura doctum & utriusque inuicem differentias; deinde in hiſtoria & diplomatibus imperii Germanici non leuiter uerſatum; poſt etiam acceſſu munitum ad principum tabularia; denique otio inſtructum & liberatum curis alienis; tandem iudicii incorrupti; ad extremum rei nullius ſtudioſum, quam ueritatis. Ita enim librum ſperare poſſemus, partibus iudiciisque gratum & utilem, imo poſt diuinas pandectas nulli poſthabendum. Etenim, quae huc usque in hoc argumento uiderunt lucem, brachii ſunt omnino leuioris. Illud agnoſco, nec habuiſſe Germaniam neque facile expectare poſſe uirum praeſtantiorem in hoc ſtudii genere, quam fuerat olim *Ioan. Nicolaus* HERTIVS (26), ſed inuiderunt eum fata patriae. Secundus de *fide*

Requiſita ſcriptoris in hoc genere.

HERTII an. 1700.

(26) Scripſit quidem libellum: *de fide diplomatum Germaniae imperatorum & regum*, qui in *opuſculis Hertianis* habetur tom. 2. *p.* 589. *ſq.* conſtantem aliquot pagellis. Sed auctor ſibi ipſi non ſatisfacit in uotisque habet commentarium ampliorem. Nam *primo* non habuit ille ad autographa alicuius tabularii acceſſum: *deinde* in externis magis occupatur, quam in formulis curialibus, cuique ſeculo propriis: *poſt* de diplomatibus principum & ducum nihil adfert, qui tamen & ipſi dederunt eius generis codicillos: *porro* neque ſigillorum neque elementorum, cuique principi peculiarium adparet *uo-*

EISENHARD. & Engelbrecht. 1703.

de diplomatum liber eſt *Ioan.* EISENHARD ſiue, qui hoc thema reſpondit in academica arena, *Georgii* ENGELBRECHT (27). Verum in hoc opuſculo magis diſſeritur de origine diplomatum; penes quem ius ſit ea ſcribendi; quam mereantur autoritatem; de quibus rebus concipiantur: quam de *criticis indiciis* uera a falſis diſcernendi. Proderit etiam hic illos nominaſſe, qui ſcripſere de rebus facientibus ad imperii noſtri ac principum tabularia & archiua. Quae ideo a Germaniae iureconſultis maximi ſemper habita ſunt, utinam ab illis hic etiam ſcriptum fuiſſet, quibus ad illa patuit acceſſus. Merentur in his nominari praecipue *Iacobus a* RAMMINGEN (28), conſiliarius & archiota Wurtenbergi-

Rammingen 1571.

γοψία: *demum* diplomaticorum in Germania bellorum non ea memoria, unde plura repeti & requiri poſſent momenta, facientia ad hoc argumentum.

(27) Diſſertatione *inaugurali de fide diplomatum* inſtituta *Helmſtadii* 1703. edit. in 4t. Vbi certe hoc dici poteſt, quod plurima artis huius ex iurisprudentia ſuppleat, quae alii omiſere. Ad cuius argumenti tractationem etiam facit utiliſſimus certe libellus *Nicolai de* PASSERIBVS de *ſcriptura priuata* ſaepe iterumque recuſus.

(28) In *duobus* libellis de *arte tabularia ſeu archiuaria* editis *Heidelbergae* 1570. 1571. In uernacula *unus* audit: Summariſcher bericht, wie es mit einer künſtlichen und vollkommenen regiſtratur eine geſtalt; alter: von der regiſtratur. Vtinam uero liber uterque in tabernis ſupereſſet, licet abſit ab omni cultura. Cauſa ad ſcribendum fuerat Ferdinandus I. imperator, qui ducatu *Wurtenbergico*, in ſuam ditionem redacto, eius tabularium principale iuſſit redigi in ordinem.

gicus; *Georgius* AEBBTLINVS (29) Vlmenſis; *Fridericus* WIEGERVS (30) & quos omnes atque alios plures, primo excepto, in una compage exhibuit *Iacobus* WENCKERVS (31). Cuius etiam induſtriae aliud debemus uolumen, in quo diuerſos libros eorum exhibuit, qui ſcripſere de ARCHIVIS & S. R. I. ac principum cancellariis (32). Licet pauca in illis occurrant facientia ad *criticam* diplomatum artem, non tamen ideo debent negligi. Cum inde pateat, quantum

Aebbtlinus. Wieger. Wencker.

f

(29) Liber in uernacula editus: Anführung zur Regiſtratur-Kunſt. Quem iterum publicauit cum obſeruationibus *Iacob.* WENCKERVS.

(30) De *renouationibus Bannorum* ſiue *renouaturis* & *regeſtraturis* principalis tabularii. Quem pariter dat WENCKERVS.

(31) In libro, ob ſingularia rerum momentoſarum diplomata, omnino maximi habendo: *adparatus & inſtructus archiuorum.* Von Regiſtratur und Renovatur. In quo uolumine etiam alii habentur in iisque 1) *Marcus* OTTO reipubl. Argentorat. conſiliarius, 2) *Iac. Bern.* MVLZIVS, uir harum rerum callentiſſimus. 3) *Paris de* PVTEO ceterique huius argumenti de *inſtauratione tabularii principalis* ſcriptores, edit. *Argentorati* 1613. 4t.

(32) Eſt alius liber, a priori diuerſus, ita inſcriptus: *Collecta archiui & cancellariae iura* edit. Argent. 1715. in 4t. Habentur in eodem XXVII. ſcriptores de *archiuis & cancellariis*, utpote 1) *Baltaſ.* BONIFACIVS 2) *Iuſt.* FONTANINVS. 3) *Io.* MABILLONIVS. 4) *Ahaſu.* FRITSCHIVS. 5) *Ioan.* SCHILTER 6) Fr. *Mich.* NEVEN. 7) *Ioan. Chriſtoph.* VVAGENSEIL. 8) *Nic. Chriſt.* LYNCKER 9) *Iac. Bern.* MVLZIVS. 10) *Henr. Gunther.* THVLEMARIVS. 11) *Chr. Henr.* BROEMELIVS. 12) THVLEM. 13) *Georg Ad.* STRUV. 14) *Henr.* MEIBOM. 15) *Ioh.* SCHILTER. 16) *Bern.* MALLINKROT. 17) du FRESNE. 18) *Io.* VVENCKERVS. 19) VVAGENSEIL. 20) *Pet.* SCHOTT. 21) *Franc.* LAVNOIS. 22. 23. 24) *Ioan.* MABILLON. 25) CHEVILLIARDI cetera.

tum faciant ad res forenſes principum tabularia & quantopere interſit eorundem curam haberi ſedulam ac ſingularem (33).

EPITOME hactenus dictorum I) de *cauſis* diplomatum *numeri* immanis.

§. 35. Hactenus *quatuor* potiſſimum rerum diplomaticarum expediuimus momenta. *Primum* erat, quod aperuimus ueras cauſas, quare *diplomatum* cum medii aeui uniuerſim, tum praecipue in tabulariis principum & procerum tam immanis multitudo ſuperſit, licet ueteris Latii nullae fere eius generis habeantur reliquiae. *Deinde* retulimus ac recenſuimus maleuolos obtrectatores, qui, in Galliae regno praeſertim, ideo pleraque diplomata in dubium uocauerunt, quoniam eorundem uere numeri eſſent infiniti, quaſi uero imperatores ac principes ſuperiori aeuo uixiſſent in otio litterario animumque, tot bellorum motibus diſtractum diſtentumque defigere potuiſſent in litterariis inſtrumentis & curialibus chartis conficiendis. Quorum nos & nomina dedimus & his oppoſitos libellos atque argumenta. *Praeterea* eiusmodi bella, fidei diplomatum indicta, nullibi maiora ſecum damna trahere & peſtilentiora eſſe, quam in noſtra Germania, id

II) catalogi eorum, qui diplomatum EVERSORES.

III) hiſtoria BELLORVM DIPLOMATICORVM XXIV. in S.R.I.

(33) Simili inſtituto utinam ederentur ſcriptores omnes de *re diplomatica*. Quorum egomet exempla offero bibliopolis.

id quidem exemplis docuimus, quorum numeri abſoluunt litteraria elementa atque ſyllabum alphabeti. Vnde plura poſſunt intelligi. Partim, quod a fide unius & alterius diplomatis dependeant in Germania noſtra multoties territoria & principatus, partim, quod ideo de arte, diplomata internoſcendi ueraque a falſis diſcernendi, in Germania noſtra ante ſit diſputatum in foris, curiis & tribunalibus imperii, quam in ullis regnis ac rebus publicis aliis. *Tandem* nomina congeſſimus eorum, qui de arte diplomatica & rebus, ad archiua & publica tabularia facientibus, ſint uel legendi uel conſulendi. Sed tamen illis, quos recenſui ſupra, addi hic debet *Burcardus Gotthelf* STRVVIVS in libro, quem inſcripſit de *criteriis manuſcriptorum* (*). Licet libellus doctiſſimi uiri breuior ſit, quam ratio exigit uberrimi argumenti.

IV) adpendix SCRIPTORVM de re diplomatica.

B. G. Struuius.

§. 36. Illud igitur *quinto* loco nunc reſtare uidetur, ut argumenta eorum, qui diplomatum euerſores agunt, ſummatim confutemus. Licet enim cauſa *uſus* & *praeſtantia* diplomatum in Germanico praeſertim imperio ſatis ſuperque intel-

V) Confutatio euerſoris fidei diplomatum.

(*) Exhibetur opuſculum in *actis litterariis Struuianis, erutis ex manuſcriptis faſciculo I. n.* 1. Excipit illud *commentarius de Dagoberto rege*, qui pariter eſt huius arenae.

intelligi poſſit ex illis, quae ſcripſimus adhuc: praeſtat tamen ad ſingulares quasque oppoſitiones reponi aliquid ſigillatim. *Principio* obmouent, quod opinabile non ſit; *membranas ferre poſſe octo aut nouem ſeculorum aetatem.* Sed de hoc nemo poteſt dubitare, qui mecum Ottonis M. diplomata plura in Magdeburgico tabulario adſpexit, quae ſarta, integra & ſpecioſa ſunt, ut nunc demum nata eſſe uideantur pollicenturque, quod ſupra (*) ſcripſi, eandem cum hoc uniuerſo temporis infinitatem. *Deinde* tot bella exercuiſſe cum omnia Europae regna, tum Germaniam maxime, tantopere concuſſam motibus inteſtinis: *in quibus perierint haud dubie diplomata uetuſtiora.* Vnde cauſae fuerint ad noua fingendum & ſupponendum. Verum uti de clade, quam his caſibus paſſa ſunt diplomata, nemo dubitat: ita fuerunt tamen remedia, per quae illos licuit effugere. Nam milites, auro & argento rebusque aliis, quae in commercio, intenti, litterarum, quod hodieque fit, fuerunt incurioſi. Praeſertim in tanta litterarum apud milites olim ignorantia & deſpicatu. Accedit, quod in maximis tamen belli turbis

1) quod materia aetatem non ferat.

2) In *bellis* illa perierint.

(*) In hoc *opuſculo* §. 13. *p.* 21. 22. Etiam in *papyro* Aegyptiaca & *corticibus* ſeruata diplomata laudat FONTANINI *lib. I. c.* 3. Qualia forte apud Germanos nullibi ſuperſunt.

bis ſuperſtitio egerit milites, ut manus cohiberent a litterariis praeſulatuum theſauris. *Porro*, inſtant, *aedificia* Germaniae quondam fuiſſe *lignea*, quae unius aut alterius ſeculi ſpatio collapſa & corroſa fuerint a uermibus, in quibus tuto diplomata non potuerint adſeruari & cuſtodiri. Fateor, plurimis ideo periculis expoſita fuiſſe principum tabularia. Sed tamen nulla neceſſitatis lex eſt, ut, diruta aede, etiam pereat ſupellex, quae ante poteſt ac debet poni in tuto. *Poſt* uix in Germania inueniri urbem, coenobium, contubernium, quod non ſemel iterumque paſſum fuerit incendium, in quo diplomata omnino etiam perierint. Etiam hoc eſt ueriſſimum. Ipſe hanc fidem meam teſtor, me nullum in Germania tabularium offendiſſe, ſalutaui autem innumera, in quo archiuarii cauſas lacunarum non poſuere in incendiis, in quibus conflagrauerit archiui pars deſideratiſſima (**). Verum ſolet etiam in grauiſſimis incendiis prima cura eſſe *publici tabularii*, ut illud ab interitu uindicetur. Neque dubito, prouidentiam hac occaſione laudare uiri illuſtris a MASKOWS-

3) aedium ruinae.

4) incendia.

(**) Moguntiae eandem hiſtoriam an. cIↄ Iↄ cc xv. narrauit archiota. Qui, cum Friderici I. aetate uetuſtiora diplomata requirerem, reſpondit: *illa omnia cum incendio arcis & curiae, quondam ligneae, periiſſe.*

KOWSKY (35), cancellarii Darmſtadienſis, qui, ardente incendio arce & palatio principali, praemium propoſuit ſoluitque illis, qui, ſpreto uitae periculo, in imam contignationem, bene fornicatam, ſe contulere reportaruntque inde litteraria monumenta e tabulario. Quod ita, torris inſtar, ex igne ereptum & uindicatum ab interitu. Idem, credere licet, olim quoque factum eſſe a rerum prouidis adminiſtris. *Tum*, putant, fieri non potuiſſe, ut tam immanis multitudo diplomatum ſupereſſet etiam uetuſtiſſimorum, niſi pleraque a ſuppoſtoribus, conficta & ſeculis confecta longe inferioribus. Telum hoc inprimis emittere ſolet Germonius conatu ſatis impetuoſo. Res ipſa loquitur egoque periculum eius feci in Ottone M. imperatore, cuius ſolius diplomata numerabis mille & ultra. Neque dubito hunc cumulum poſſe multum adaugeri. Imo illud pulcherrimum imperii inſtrumentum eſſet, ſi codex imperialium

5) numeri diplomatum.

(35) Anno ſcilicet cIↃ IↃ cc XV. quo ipſe praeſens arcem conſpexi in cineres & fauillas redactam. Vltimus tamen periit in hoc incendio, poſtquam fumaria ſuperioris contignationis ruerent percuterentque ultimae arcus, ut conciderent tumularentque hominem miſerum, cum litterariis manubiis. Eſt haec hiſtoria omnino danda gratiae Maskovvskianae. Qui uir illuſtris, olim nobis auditor, poſt in Riſuicenſi pacificatione comes, multis legationibus optime meritus eſt cum de imperio uniuerſim, tum de Wirtenbergico principatu.

perialium conſtitutionum extaret, ita inſtructus & adornatus. Verum, qui *octo* cauſas, quas ſupra (36) dedimus, bene expenderit: ei neque hic aqua haerebit. *Praeterea* cum hodie in principum curiis ſcribi ſoleat non niſi unum *exemplum authenticum*, etiam impoſturae hoc certum indicium eſſe uolunt, quod unius eiusdemque diplomatis *exempla* quandoque extent *tria*, *quatuor* aut *plura*, quibus omnibus eadem materia & figurae elementorum, ut, niſi haec pro adulterinis habeantur, credi debeat, luſiſſe operam curiales in tot authenticis. Neque etiam opinabile illud eſſe, quod fatigare licuerit principem, eiusdem rei toties ſubſcriptorem. Verum enimuero etiam hunc ſcopulum ſuſtulimus e medio ſuperius (37). Nam praeuiderunt partes uarios caſus, per quos perdi & amitti poſſet diploma. 6) unius uaria autographa.

f 4

(36) Scilicet a *quinta* paragrapho ad *decimam quartam* usque. Vbi tantae diplomatum multitudinis cauſae ſatis ſunt luculentae ad intelligendum.

(37) Scilicet §. 6. *p.* 12. 13. Addi poſſunt loca ex formulis Marculſi de pluribus autographis rei & codicilli unius FONTANINVS *lib.* 1. *cap.* 3. §. 5. & *cap.* 6. §. 5 *uindicauimus*. Ceterum facit etiam huc locus ADEMARI *ad ann.* 813. ubi ait: Concilia Caroli M. iuſſu celebrata. *Vnum* Moguntiae; *alterum* Remis; *tertium* Turonis; *quartum* Cabillonis; *quintum* Arelati. *Et conſtitutionum, quae in ſingulis factae in conuentu* Aquisgranenſi *collatio facta. Quas, qui noſſe uoluerit, in* quinque *ciuitatibus reperiet. Quanquam etiam in archiuo palatii* EXEMPLARIA *illarum habeantur.* Quorum ſex facta ſunt autographa.

ploma. Inde egerunt hoc ipſum, ut plura authentica redimerent in curia imperiali atque illa diuerſis in locis cuſtodirent adſeruarentque. Fides autem ſigilli ſuffecerat ad publicam fidem, ut etiam notarius pingeret monogramma (38). *Demum* etiam perhibent, nullum diplomatum olim fuiſſe locum cauſamq;. Quod Germanorum contractus conſenſu magis abſoluti ſint, quam formularum & uerborum ſolennibus, quae pigmenta fuerint Romanorum. Hoc uero eſt adeo falſum, quam quod falſiſſimum. Sane docuimus ſupra (39), non ſolum illud in patrio iure ſolenne fuiſſe, *litteris* contrahere; ſed etiam legibus eſſe cautum, uiribus deſtitui contractum, niſi ſcriptura acceſſiſſet eſſetque litteris conceptus. Quid? quod eius inſtituti etiam teſtes ſint formulae contractuum, deſcriptae a MARCVLFO, *Ioanne*

7) contractus *conſenſu* magis, quam *formulis*.

(38) Quamuis enim MABILLONIVS *lib.* 2. *cap.* 22. §. 5. hoc in dubium uocet perhibeatque, monogrammatum hanc occaſionem fuiſſe, ne principes ſubſcribendo fatigarentur. Ego tamen hanc fidem meam teſtor, autographa Ottonina ſaepe prodere contrarium. Quoniam in pluribus iidem ductus, idem atramentum, quod notarii aut archicapellani. Quod ad credendum ideo facilius eſt: partim quod Caeſarum poſtcarolingicorum monogrammata difficiliores figuras habuere, quam Carolini nominis elementa; partim etiam, quod in curiis ſaepe expeditum diploma, Caeſare abſente.

(39) Scilicet §. 7. *p.* 13. 14. Conferri poteſt FONTANINVS *lib.* 1. *cap.* 3.

anne GARNERIO in libro diurno R. pontificum (40) aliisque (41). Imo ſi ea in re Germanica iura cum Romanis conferenda, ultimis ex innumeris contractibus uix unicus fuit chirographarius. Cum prima e contrario uelint: contractus omnes eſſe *litterarios*. Illud infantiſſimum eſt, quod euerſores habent diplomatum auctoritatem pro otioſa & ſuperuacua. Idque ideo, quoniam decem, uiginti, triginta aut quadraginta annorum poſſeſſor *praeſcriptione* ſit tutus aduerſus litigatores. Adeoque ei opus non ſit diplomatico auxilio. Illud potius credi debere, poſt longiſſimi temporis lapſum, *diplomata* a rerum dominis inter ea, quae nauci, fuiſſe relata & tantum non accenſita puerorum crepundiis. Nam ſupra (42) oſtendimus, Ger-

8) *praeſcriptione* tutum ſpernere diplomata.

 manos

(40) Qui liber prodiit *Romae*, ſed, ibi proſcriptus, recuſus eſt *Pariſ.* 1680. in 4t. Supplementa eius exhibet MABILLONIVS *in muſeo Ital. tom. I. p.* 701. Dolet uero captiuum detineri Romae editorem LAVNOIS *part.* I. *ep.* 4. *p.* 19. 53 *part. III. epiſt.* 3. *p.* 191. *part. IV. ep.* 5. *p.* 317. *part. VIII. epiſt.* 3. *p.* 708.

(41) In quorum praecipue numero FORMVLAE quoque ALSATICAE, conceptae aeuo Carolidarum & nouiſſime notulis illuſtratae, uiri doctiſſimi, *Ioan. Georgii* ECCARDI. Vt opus hic nou ſit *Briſſoniania* induſtria, qui *formulas contractuum* apud *Romanos* ſtudio aliorum, utinam maiori ſelectu, ex Romanis auctoribus congeſſit.

(42) In §. 5. p. 8. 9. Patet enim hoc ex argumentis quam plurimis. Nam *primo* nonniſi *triginta* annorum praeſcriptionem definiunt LL. LONGOBARDICAE; *neque* breuior terminus agnoſcitur in iure BENEFI-

GIA-

manos omni tempore abhorruiſſe a repentinis Romanorum praeſcriptionibus decem aut uiginti annorum, neque locum feciſſe niſi praeſcriptioni temporis longiſſimi, coniuncti cum titulo & bona fide (43). Imo centum quandoque annorum

CIARIO populi eiusdem; CAPITVLARIA *deinde* regum Franciae iam Merouingicae, quam Carolingicae ſtirpis ſubſiſtunt in numero tircennario eodem; *praeterea* olim hodieque SAXONIA iura triginta tantum annis hic faciunt locum; *poſt* in uniuerſa GERMANIA noſtra idem terminus triginta annorum firmo ſtat talo, niſi ubi leges Romanae illum contraxere; *iterum* ANGLI, SVECI, DANI, populi omnes Germanis uicini iure uiuunt eodem; tandem NATVRA quodammodo hic accedit, quoniam *triginta* ſemper annis in circulum redire ſolent mortales, ut adeo poſt hoc tempus omnia probatu ſint difficillima. Crediderim igitur genera praeſcriptionum apud Romanos patrio iuri omnino poſthabenda.

(43) Probatur hoc ipſum multifariam, licet iureconſulti tribuant hoc *pontificum* decretis. *Primo* enim claris uerbis hoc dicit CONSTITVTIO CHLOTARII an. 560. §. 13. p. 9. edit. Baluzianae: *Quicquid* 1) *eccleſia* 2) *clerici uel* 3) *prouinciales noſtri, intercedente tamen* IVSTO *poſſeſſionis* INITIO, *per* TRIGINTA *annos inconcuſſo iure poſſediſſe probantur, in eorum ditione res permaneat. Nec auctio tantis aeui ſpatiis ſepulta, ulterius, contra legum ordinem conſurgat.* Et huc etiam facere uidentur CAPITVLARIA DAGOBERTI *an.* 630. *tit.* XI. §. 3. *p.* 123. ubi ita praecipitur: *contra ſigna euidentia* (quidni contra litteras, chartas, diplomata, plenae fidei inſtrumenta) *nullum longae poſſeſſionis tempus opponat.* Quorſum etiam reſpicitur in CAPITVLAR. *lib.* 6. *cap.* 366. ubi ex codice Theodoſiano repetitur lex diciturque: *Multa, quae in iudicio captioſae* PRAESCRIPTIONIS VINCVLA *primi non patiuntur: inueſtigat & promit ſacroſanctae religionis auctoritas.* Quod aliter commode uix exponitur, quam poſt XXX. etiam annorum ſpatia locum eſſe plenae fidei inſtrumentis. *Deinde* cum omnes fere diplomatum formulae hunc ſibi finem proponant, ne, quod in tempore geſtum, cum tempore obli-

norum requiſiuiſſe ſpatium (44) aut memoriae omnis interitum & occaſum in teſtibus ac inſtrumentis, non uero in alterutro ſolum (45). Et qui dubitat de

obliteretur & occupet improbitas, quod pietas deſtinauit eccleſiis, ideo certis eſſe licet, ſemper conduxiſſe ad hoc diplomata, ut poſt annos etiam xxx. aduerſus praeſcriptores adlegarentur. *Praeterea* recte FONTANINVS *lib. I. c.* 4. §. 3. arguit, non petitura fuiſſe coenobia, poſt aliquot ſeculorum lapſus, diplomatùm inſtaurationem, caſu deperditorum, ſi nullum ex illis poſt XXX. annorum ſpatia praeſidium. Alia diſputatio eſt CONRINGII *in cenſura dipl. p.* 351. VVILTHEMII apud Papebrochium in propylaeo n. 67. 68. atque MABILLONII *lib.* 3, *c.* 5. §. 13. utrum ſuppoſititia diplomata ex temporum lapſu fiant genuina? In lite diſtingui debent ea, quae iuris *uoluntarii* & *naturalis*. In ultimo certe fraus ſemper nocet; non in primo, cum Roma litium ſtatuerit finem tempore definitam. Sed patriae leges, modo laudatae, ſequi uidentur decreta naturae, quo omnis exulat praeſcriptio. Aut, ſi mauis locum illa habet, ſi eam miſcueris cum *derelictione* aut *praeſidio* poſſeſſorum, qui tuti ſunt eousque, quouſque actor eos non conſtituerit in mala fide aut genere aliquo iniuriae. Tum enim neque *praeſcriptionis immemorialis* aliqua religio. Quoniam ceſſat illa, ubi de iniuria conſtat poſſeſſoris ſiue ex *inſtrumentis* & diplomatibus ſiue per *teſtes*. Vbi uero neutrum, ibi praeſumtio omnis pro poſſeſſore. Hoc iure ſemper uſi ſumus. Quibus illa ſunt conſentanea, quae in hoc argumento diſputat amicus noſter, Vitebergenſium anteceſſor, VVERNERVS. Qui tamen fruſtra putat, noſtra ei obeſſe. Sed aduerſus utrosque omnis fere turba doctorum: quibus illud etiam *immemoriale*, cuius rei ſuperſunt diplomata & inſtrumenta, modo abſint teſtes. Quod dogma ex iurisprudentia omnino eſt expungendum referendumque inter ſtupidas doctrinas, ſuffultas numeris & placitis doctorum.

(44) Quod priuilegium ſibi, poſt pontificem, adrogant Auſtriaci & ſacrae militiae equites ordinis Iohannitici.

(45) Haec enim illa praeſcriptio iuris eſt naturalis, quod diximus *notula* 43. Et Carolus IV. *Magdeburgicum* praeſulatum priuilegio munit aduerſus omnis generis praeſcriptiones.

de diplomatum uſu, poſt multorum ſeculorum lapſus, forenſi: is *bella* legat *diplomatica*, plene & copioſe a nobis deſcripta (46). Sed de his iudicium ferre, non eſt monachi aut ieſuitae. *Ad extremum* de tam immanibus diplomatum numeris etiam ideo dubitandum eſſe, opinantur, quoniam plurimi imperatorum uel ſcribere ignorauerint uel ſcripſerint nonniſi difficulter. A quibus certe requiri non potuerint tot diplomata, quae ſub nominibus eorundem hodie oſtendantur. Facilius igitur eſſe ad credendum: pleraque eorundem eſſe conficta a ſuppoſtoribus. Verum enimuero uti de exemplis illorum Caeſarum, qui litteras pingere neſciuerunt, non dubitandum, cum non puduerit ipſos principes, eorundem inſcitiam ſcribendi in ipſis diplomatibus commemorari, formula ſolenni; *quia litteras neſcio; caracteres pingere, ignoro; propter ignorantiam litterarum & in uernacula, Weil ich Schreibens unerfahren:* ita tamen illud conſtat, quod eorundem fuerint non ita multi; deinde, loco ſubſcriptionis, analphabeti habuerint

9) diplomata non tribuenda principibus analphabetariis.

(46) Horum enim bellorum notitia utilitatem habet multiplicem. *Principio* uſum pandit diplomatum forenſem in tribunalibus S. R. I. *Deinde* notas indicat, qua uera diplomata ſecerni queunt a falſis. *Demum* ſcientiam auget hiſtoriae diplomaticae, cetera.

rint uel aeri aut ligno *inſculpta* nomina uel *laminas*, quibus nomina inciſa, ut hos ductus manu propria ſequerentur uel manuarias *notulas*, noſtris *handgemerk*, *handzeichen*, adderent (47) nunc cruces, nunc monſtra figurarum alia uel etiã ad fidem ſatis eſſent teſtes, loca, tempora, ſigilla, capellanus, notarius. Vt adeo neque haec cauſa idonea ſit ad ambigendum de diplomatum numeris genuinis. Manet ergo illud uerum, quod ſcripſi in huius thematis principio, in tanto *diplomatum* S. R. I. adparatu, requiri poſſe & HISTORIAM DIPLOMATICAM & DIPLOMATICAM IVRISPRVDENTIAM, in tantis harum diſciplinarum diſcriminibus ob fallacem priuatorum hiſtoricorum fidem.

DIPLOMATVM ANASTASIS in Germania.

§. 37. Quemadmodum uero ante centum & quod excurrit annos in Germania noſtra *chartae*, *codicilli*, *diplomata* ueteris aeui in principum latuerunt tabulariis,

(47) Pertinet huc inprimis diploma *Boioariae* ducis TASSILONIS, quod habet Geuoldus in *Salisburgenſi metropoli tom.* 1. *p.* 85. Illud enim teſtatur ducis ignorantiam ſcribendi. His quidem uerbis: *Quod manu propria, ut* (non) *potui*, *caracteres chirographi inchoando*, *depinxi* (crucis ſignum) *coram iudicibus & optimatibus meis & hilari uultu tradidi per praeſentes apices.* Poſt *crucis* ſignum additur: *ſignum manus meae propriae Taſſilonis.* Actum *anno ducatus eius uigeſimo ſecundo.* Alia exempla plura congeſſerunt MABILLON. *lib.* 1. *c.* 5. §. 5. FONTANINVS *lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. 4.

riis, ad quae nemini patuit acceſſus, quam *ſilentiario* ſiue *archiotae*, qui tegere debuit litterarios hoſce theſauros, inſtar foliorum Sibyllarum, imo ne quidem uel animum habuit uel artem, aliquid eorundem proferendi in publicam lucem: ſic contra noſtro tempore haec cimelia carceres ſuos mordent, erumpunt ex tenebris, euntque in publicam lucem reſurgitque Germania, optatiſſima anaſtaſi, ex tumulis & ſepulturis, quibus per tot ſeculorum lapſus tecta, concluſa & ueluti humata delituit. Habent igitur omnino huius aeui doctores, quod animos erigant ad hanc ſpem; notitiam Germanici imperii, diſpulſis nubibus, ſinceram, integram, plenam, facilem, conſtantem, plenae fidei, id eſt, DIPLOMATICAM.

Collatio diplomatum cum inſcriptionibus ueteris Latii.

§. 38. Et uero dici non poteſt, quam grata & utilis ſit opera illorum, qui, fortuna duce & comite rerum peritia, abiectis moleſtiarum & impenſarum curis, id agunt, ut diplomatum editorum adaugeant catalogos & numeros. Ex quibus caementis palatium conſurget, iuris publici & priuati, ſacri & ciuilis, proprii & beneficiarii, palladium coeleſte ac diuinum pulcherrimumque, quod Tranquillus dixit, Romani & Germanici imperii inſtrumentum. Quaeſo! quam capiun-

capiuntur hodieque rerum Romanarum ſtudioſi, quando, inſtar noui ſideris, uel nummulus adparet uel noua inſcriptio ueteris Latii, ante ignota. Imo inſtar laureatae uictoriae habent, ſi forte in Romano auctore uel reſtituerunt unius uerbi nouam lectionem uel ſuſtulerunt lituram ſyllabae unius aut aliquid mendoſi correxerunt. Quisquis in claſſe tantorum heroum, ille triumphat de clade illata ignauiae ſibique regnum promittit ex his elementis. Proh! uero hominum fidem, quam impune pleraque illa ignorantur, quam inutiliter fruſtraque ſciuntur in noſtra republica. Verum ſi haec litterarum crepundia & minutiae tanti fiunt otioſis earundem cultoribus. Quaeſo! quae pretia merebuntur habebuntque *diplomata noua* aut DIPLOMATVM NOVAE CENTVRIAE apud rerum iuriumque patriae non ignaros, ſi quidem haec ex latebris & tenebris in lucem producuntur. Non enim haec dicis cauſa aut temporis fallendi ergo leguntur, a quibus tanta rerum iuriumque pendent momenta, imo populi & principis ſalus, multoties territoria & principatus. Stupidum, imo ſtipitem & truncum eſſe oportet, qui, tanti adparatus *diplomatici* conſpectu non incaleſcat ardeatque amore

more & ſtudio his cimeliis utendi fruendique.

Recenſio eorum, qui exhibent diplomata.

§. 39. Quod cum ita ſit, ita autem eſſe, quilibet intelliget rerum iuriumque Germaniae ſtudioſus, memoriam referendae gratiae omnino illi merentur, qui prae aliis, uel ſigillatim uel in ſcribenda hiſtoria ueteris aeui diplomata congeſſerunt atque promulgarunt. Quorum exempla ad ſimile inſtitutum me in horum uoluminum collectione omnino excitarunt. In quibus conquirendis nullis parcendum eſſe credidi impenſis, litteris, otio, rogationibus & interpellationibus, dummodo reportarem aliquid, quod reddere licuerit litterariae reipublicae atq; diplomaticum adparatum, qui in tot libris habetur, adaugere noua eaque non poenitenda acceſſione. Vt uero conſtent nomina illorum, qui libros ſuos ad hiſtoriam S. R. I. facientes, inſtruxere diplomatibus, aliquorum faciemus mentionem. In his primo loco *Ioannes* AVENTINVS, qui non ſolum legit conſuluitque in annalibus diplomata ex iisque uulgares hiſtoricos correxit: ſed etiam in chronicis ſingularibus coenobiorum *Schirenſis* (1) atque *Oettingenſis*

1) Quod recuſum eſt cum maximi numeri diplomatum acceſſione in forma maiori. Sed cum impenſis coenobii liber prodierit, in tabernis librariis non offenditur. Non ſine damno rei litterariae.

ſis, (2), Carolingici aeui & ſequentium temporum diplomata uerbatim deſcripſit exhibuitque. Omnium inſtructiſſimus copia & numeris diplomatum fuit *Melchior* GOLDASTVS (3); ſed merito deſideratur in eo ſelectus & ars ſecernendi uera a falſis. Hinc ex eo laudata diplomata fidei ſunt ſuſpectae. *Fridericus* HORTLEDERVS recentiora habet in libris, quos edidit; ſed plurima diplomatum anecdota reliquit ipſe in faſciculis manuſcriptis. Quae cum illius bibliotheca, emtionis iure, in manus uenere rerum curialium adminiſtri Saxoniae ducis (4), uiri rerum iuriumque publicorum Germaniae noſtrae doctrina ac uſu periti. Eminent praecipue quoque in ſedula diplomatum collectione Boii. REICHERSBERGENSE chronicon, noſtris curis recuſum (5), complectitur plurima imperatorum, pontificum, ducum, principum, praeſulum diplomata. Goldaſtus. Hortleder. Reichersbergenſis anonymus.

g Hen-

(2) Addidimus nos opuſculum hoc tomo II. rerum Germanicarum, noſtris curis adornato.

(3) Poſt *tria* uolumina conſtitutionum imperialium & *unum*, quod uocat *rationale*, plura dicunt ſupereſſe apud *Bremenſes*, qui poſſident illius omnem librariam ſupellectilem. Cuius tamen manuſcripta tegunt conduntque. Ne ſaliuam moueant potentioribus, eorum aliquid habendi. Sueciae enim reginae codicem donarunt, quod graue eſſet, principis rogationi non adſurgere. Maiorem fidem merentur Goldaſtiana in *Bohemicis*.

(4) Dominus de Zollmann.

(5) Tom. II. rerum Germanicarum maxime Bambergenſium.

Caniſius. *Henrici* CANISII (*) antiquis lectionibus
Steuartius. & *Petri* STEVARTII continuatione (**) uti peropus eſt rerum inferioris aeui ſtudioſo: ita primus etiam aliquas epiſtolas & diplomata inſerit opuſculis aliis
Gretſerus. huc omnino facientibus. *Iacobi* GRETSERI omnia ſcripta leguntur in hoc argu-
Hundius. mento utiliter (6). Wigul. HVNDIVS (7), Boioariae duci olim a conſiliis, in diplomatum collectione fere alios uincit. Sed in ſpicilegio ad Salisburgenſem metropolin hunc ipſum reliquit poſt ſe
Gevvoldus. *Chriſtoph.* GEWOLDVS (8). Extorſit etiam diplo-

(*) Prodierunt *Caniſii* opuſcula *ſex* tomis *Ingolſtadii* an. 1600. in 4t. ſed nullis *indicibus*, *gloſſis* aliiſque rebus iuſtructa, quibus tamen peropus eſt in hoc genere inſtituti. Miror itaque, *Iacobum* BASNAGIVM, uirum doctisſimum, qui nouam eorundem editionem coepit adornare in Belgio, de manibus illa iterum dimiſiſſe. Fallitur certe bibliopola, qui dubitat librum, tot cimeliis, ad hiſtoriam ſacram, ciuilem; ueteris & medii aeui facientibus refertum, fore uendibilem. Auctor ego fui rei librariae procuratori contubernii pauperum apud nos, ut hanc curam, a Belgis deſertam reſumat.

(**) Tomus ſingularis auctorum Graecorum & Latinorum edit. *Ingolſtadii* 1617. in 4t.

(6) Huius uiri non recordor ſine ſtupore quodam laboris, quem ipſe exantlauit; uoluminibus quinquaginta & quod excurrit ſcriptis & editis, idque in diuerſo genere diſciplinarum. Pertinent huc eius 1) diui Bambergenſes 2) epiſcopi Eichſtadienſes 3) libri apologetici in cauſa Henrici IV. aduerſus Goldaſtum 4) Gerhouii liber, cetera.

(7) Edidit ille *ſtemmata procerum Boioariae nobilium*, ubi paſſim inſerit diplomata additque illis adpendicem uerborum, quae in diplomatibus exigunt lumen. Deinde *Salisburgenſem metropolin*, id eſt, omnium Boioariae praeſulatuum hiſtoriam ſcripſit, ſpiſſam diplomatibus.

(8) Iterum Boioariae ducis conſiliarius. Protulit ipſe in lucem diplo-

diplomata plura antagoniſtae *Marquardo* FREHERO (9), cui patuit tabularium palatinum. *Ioan. Georg.* HERWARTVS, cancellarius Boicus (10), pariter id egit, ut Bzouium aduerſarium confutaret fide diplomatum, quae recitat ex principali tabulario. In Auſtriacis FVGGERVS (11) ſedulus non minus fuit in colligendis diplomatibus: quorum tamen ingens ſpicilegium promiſit LAMBECIVS (12). In Colonienſibus, praeſertim in uita S. Engelberti utiliſſimorum diplomatum farraginem conquiſiuit GELENIVS (13) & eadem induſtria in Fuldenſibus & Paderbornenſibus uerſatus eſt BROWERVS (14). Vnde plurima exſcribere ſolet

Freherus. Hervvartus. Fugger. Lambecius. Gelenius. Brovverus.

g 2 SCHA-

diplomata plura 1) in adpendice ad chronicon Reichersbergenſe 2) in ſcriptis ſeptemuiralibus aduerſus Freherum 3) in *metropoli* Salisburgenſi, mille diplomatum acceſſione aucta.

(9) Non ſolum in Palatinis originibus, ubi illo plenior eſt, Tölnerus: ſed etiam in cauſa ſeptemuirali, ac praeſertim in deſcriptione *Lupoduni*, ubi & Dagobertinae habentur & Carolingicae chartae pretii ſingularis.

(10) In apologia pro Ludouico IV. Caeſare aduerſus Bzouium.

(11) In ſpeculo Auſtriaco, deturpato Birckenii cothurnis. Vidi nuper autographum Fuggerianum inter reliquias Saxoniae ducis & domini praeſulatus Cizenſis. Quod, olim forte Ferdinando archiduci ſurreptum ab illius ſatellite, aliquot mille aureis redemit princeps harum rerum peritus olim amator & cultor.

(12) In bibliotheca Vindobonenſi & in originibus Hamburgenſibus.

(13) Omnia enim Gelenii foecunda ſunt in utiliſſimorum diplomatum numeris. Quibus etiam SCHILTER eſt uſus, praeterito eorundem collectore.

(14) Vtroque igitur libro hoc per- opus eſt rerum patriae ſtudioſo.

Schaten. SCHATENVS (15), nulla auctorum facta
Stangef. mentione; ne quidem STANGEFOLII ſemper, cui plurima refert accepta.
Hartmannus In *Chriſtophori* HARTMANNI *annalibus Heremi* (16) diplomatum inde a Carolo M. ad annum CIƆ IƆC. ſegetem inuenies
Guilliman. es fertiliſſimam. *Franciſcus* GVILLIMANNVS eſt pariter in hac laude, praeſertim in catalogo epiſcoporum Argentoratenſium (17), cuius libri nouam editionem meditamur, cum pluribus aliis, facientibus ad Argentoratenſia, etiam *Iodoco*
Coccius. COCCIO (18). Theſauri inſtar diplomatarii ſunt *Georgii* HELVICHII *antiquitates*
Boeclerus. *Laurisheimenſes* (19); BOECLERI Aeneas SYLVIVS (20); LEVCKFELDIANA (21) plura

(15) Qui omnino ſuperbit diplomatum copia inſigni, tam in *Weſtphalicis*, quam in *Paderbornenſibus annalibus*. Sed ingrati animi notam incurrit, quod laudare omittat illos, quibus ſua debet.

(16) Qui annales editi ſunt *Friburgi* 1612. f.

(17) Huc etiam refer quodammodo eius *Heluetica*, *Habsburgica*, uitam *Cunradi* regis, alia.

(18) Cuius libellus *de Dagoberto rege*, *Argentoratenſis eccleſiae fundatore* prodiit *Molsbemii*. 1623. 4t. In quo plurima notat atro calculo Henſchenius.

(19) Editus eſt liber *Francofurti* 1631. in 4t. Eius annales *Wormatienſes*, impreſſos *Moguntiae* 1615. in 4t. cum FLOERSHEMII hiſtoria Wormatienſi & *Kirſgardenſibus* annalibus dabimus iterum prelo iunctim.

(20) Vtinam tanta diplomatum & ſigillorum adparatu niteſcerent omnium imperatorum uitae.

(21) In diuerſorum locorum antiquitatibus 1) Poeldenſibus 2) Blankenburgenſibus 3) Gandershemenſibus 4) Ilfeldenſibus 5) Groeuingenſibus 6) Michelſte-

ra; multa quoque SAGITTARII (22), MEIBOMII (23), MADERI (24), LINDENBROGII (25), LEHMANNI (26); TENZELII (27); WECKII (28), CHIFLETIORVM (29); BLONDELLI (30); BECKMANNI (31); CRVSII (32); [illegible]VCELINI (33); SVLGERI (34); SCHLE- Sagittar. Meibomiu Lindenbr.

g 3

ſteinenſibus & Amelungenſibus 7) Halberſtadenſibus 8) Katelenburgenſibus 9) Bursfeldenſibus aliisque nouae ſpei.

(22) Praeſertim in Magdeburgicis, cuius tabularii diplomata clam ei communicauit, Olearius.

(23) In uoluminibus ſcriptorum Germanicorum.

(24) In antiquitatibus Brunſuicenſibus aliisque.

(25) In ſcriptoribus rerum ſeptentrionalium recuſis.

(26) Tam in chronico Spirenſi, quam in libro de pace religioſa.

(27) Praeſertim in *ſupplementis hiſtoriae Gothanae* aliquoties repetitis atque in menſtruis etiam colloquiis.

(28) In chronico *Dreſdae*, cuius ciuitatis egit archiotam.

(29) Sub hoc enim nomine bene meriti ſunt de re diplomatica auctores diuerſi. Pertinent huc Lotharingica; Hiſpanica; Auſtriaca; Veſontina; anaſtaſis Childerici & quae reliqua ſunt, hic omnino memoranda, cum ea contineant, quae Germanici omnino imperii res illuſtrant.

(30) In adſertionibus Chifletio oppoſitis. Qui ideo pariter eſt huius loci.

(31) In *hiſtoria* praecipue *Anhaldina*, uberrima omnis aeui diplomatum. Eandem eorundem abundantiam habent *Brandenburgici* annales, in quibus ſcribendis morte eſt praereptus uir extremae ſenectae. Latent ea nunc in tabulario regali.

(32) Licet quandoque adferat ſuppoſititia. Interim multa etiam genuina habet, quae pretium horum Sueuiae annalium augent.

(33) In operibus genealogicis, hiſtoricis, topographicis, in quibus res Germaniae illuſtrat. Ego certe in his maximi facio *diplomata* ab illo recitata.

(34) In uariis deſcriptionibus Sueuiae praeſulatuum.

SCHLEGELII (35); PAVLINI (36); KNAVTHII (37); HEINECCII (38); KYRIANDRI (39); KETTNERI (40); *Chriſtoph. Gothofr.* HOFFMANNI (41); *Martini* HOFFMANNI (42); RANGONIS (*); BOECLERI (**) *Laur.* FRIESEN (43); VORBVRGERI (44) & aliorum forte Germaniae hiſtoricorum, quorum dum haec ſcribo, non recordor, libri inſtruunt hanc ſcenam. Neque tamen ſubſiſtendum eſt in diplomatum collectione apud hiſtoricos tantummodo. Nam libri etiam iureconſultorum hos numeros adaugent. In quibus nominaſſe ſuffi-

Iureconſulti diplomatũ cultores.

(35) In deſcriptione *Cellae ueteris* aliisque explicationibus nummorum bracteatorum. Habuit etiam *Burggrauiatus Altenburgenſis* codicem diplomatarium, cuius olim fecerat ſpem.

(36) In opuſculis iunctim editis.

(37) In Anhaldinis. Nam Coethenſia plura negata ſunt Beckmanno.

(38) In annalibus Goslarienſibus. Plura etiam adſeruare dicitur e Corbeienſi tabulario olim requiſita.

(39) In Treuirenſibus ſupra commemoratis.

(40) In Quedlenburgicis.

(41) In ſcriptoribus Luſaticis, iunctim editis.

(42) In annalibus Bambergenſibus, quos edidimus primi cum Bambergenſium diplomatum alio adparatu. Nam quare Hoffmannus oſtenderit indice digito diplomata, non uero exhibuerit, illud diximus in praefatione.

(*) In diplomat. Pomeraniae.

(**) In hiſtoria comitum Ruthenorum.

(43) In hiſtoria praeſulatus Wirzburgenſis. Vbi tamen dolendum, quod diplomatum exhibeat tantum Germanicas uerſiones.

(44) Quem omittere potuiſſem, reiicio in ultimum locum. Nam rariſſime uſus eſt diplomatis. Auctor qui deſinit in an. 877. laboratque magnitudine, multiplici rerum & ſcriptorum confuſione, ut ſine animi quadam perturbatione nequeat legi.

ſufficiat MAGERVM (45); MARQVARDVM (46); LIMNAEVM (47); PFEFFINGERVM (48); GASTELIVM (49); SPRENGERVM (50); THVLEMARIVM (51); SCHOPPIVM (*) SCHILTERVM (52); WENCKERVM (53); THVMMERMVTHVM (54; HERTIVM (55); quibus addere liceat noſtras minutias (56) atque ex Gallis CHOPPI-

g 4 NVM

(45) Stupeat oportet eum, qui *diplomata* numerat, ab auctore in *libro* de *aduocatia* in lucem prolata. Et tamen maioris operis fecit ſpem.

(46) In adpendice ad librum de mercatura.

(47) Cui omnino debentur iuris publici primitiae, illuſtrati praeſertim in principum priuilegiis, diplomatibus.

(48) Habent muſae, quare hoc nomen extollant in hoc argumento. Fecit me ille nuper certiorem, ſe in manibus habere principum Germaniae *genealogiam & hiſtoriam* diplomaticam. Quae dudum fuit ſumma meorum uotorum.

(49) Qui ideo ſuſtinet hunc locum, quem alias nix tueretur.

(50) In opuſculis diuerſis.

(51) Dicunt poſt mortem illius inſignem diplomatum farraginem fuiſſe repertam.

(*) Praeſertim in *theſauro feudali*.

(52) Nam illo tempore *tabularium Palatinum* in praedam ceſſit Gallorum. Qui hoc transtulerant Argentoratum demandaueranteque curis OBRECHTI, *Regii praetoris*. Cui *Schilterus* fuit a manibus in expilandis litterariis archipalatinatus documentis. Specimina offendes honeſti ſpolii in *commentario* ad *ius Alemannicum*, etiam in iuris publici argumentis aliis.

(53) Cuius ſupra gratam fecimus mentionem in *arte reponendi & ordinandi* diplomata. Pertinet etam huc eius liber de *Pfalburgeris*, cui inſigne debetur pretium, ſed non a rerum iuriumque patriae ignaris.

(54) Praeſertim in litteris clientelaribus praeſulatus Colonienſis, quas nouus editor libri omiſit.

(55) In opuſculis ſuis paſſim, licet dolendum ſit, ei ad principale tabularium non patuiſſe acceſſum.

(56) Illud quidem docebant *opuſcula miſcella* mea, quam multas ueritates, adhuc incognitas, in iuris prudentiae ſtudio eruerim ex diplomatibus. Idem factum

Scripta illuſtrium controuerſiarum diplomatica.

NVM PITHOEVM, ALTESERRAM, *Lud. Cantar.* FABRVM (*) aliosque. Praeterea cum illuſtrium in Germania controuerſiae non tam libellis tractentur, quam grandium librorum uoluminibus, hoc fine editis in lucem cum probationum adparatu diplomatico: omnino etiam ſedula adhibenda eſt opera, ut eorundem copiam nanciſcantur rei diplomaticae ſtudioſi. Plurium ſupra mentionem feci in deſcriptione *diplomaticorum bellorum*. Sed reſtant innumera, quae, ob multitudinem attingere magis licet, quam recenſere. Pertinet huc inprimis DIARIVM illud EVROPAEVM ab anno cIↃ IↃ C LVII. ad annum cIↃ IↃ CLXXXI. *quadraginta quinque* uoluminibus, in media forma, abſolutum. Vbi fere cuique, adpendicis inſtar, addi ſolet DEDVCTIO cuiusdam controuerſiae illuſtris. Quod certe pretium libri, ceteroquin uulgariter ſcripti, plurimum adauget. Ad idem inſtitutum, colligendi eius generis DEDVCTIONES, uti audiunt Germanis, animum, inter tot collectiones alias, adpulit LVNIGIVS (57) pluriumque fecit ſpem

factum in commentario ad A. Bullam, ubi plurima eorundem ante inedita.

(*) *En traité des fiefs* edit. *Pariſ.* 1662. f. In quo utiliſſimo libro omnia firmata ſunt *diplomatum clientelarium* numeris.

(57) Adpellauit librum in uernacula:

ſpem (58). Sunt tamen quaedam ita ampla, ut nequeant iungi in una compage. Qualia ſunt *decem grandioris formae* uolumina *Noribergenſis* ciuitatis aduerſus iura *principalis Burggrauiatus*, quorum poenitet hodie ciuitatem. Quoniam haec ab anno 1523. ad annum 1585. atque ſic eo tempore ſcripta & in camerae imperialis ſupremo tribunali producta ſunt (59), quo ciuitas iurium ſuorum ſciuit adhibuitque modum: quem hodie neſcit erumpitque in actus, adſerta & poſtulata, omni aeuo inaudita. Vnum maioris itidem formae uolumen prodiit in cauſa eiusdem *ciuitatis Noribergenſis* atque *Teutonici ordinis* (60) de iuribus in aede Teutonica (*dem Teutſchen haus*) exercendis. His iungenda acta BRVNSVICENSIA in quatuor uoluminibus

 inter

cula: Grundfeſte Europaeiſcher Potenzen gerechtſame edit. *Lipſ* 1716. *f.* duobus uoluminibus.

(58) Neque enim indefeſſi collectoris animus ante deficiet, noua recudendi, quam deſtituerint eam impenſae bibliopolarum. Has enim minas ſpargit in *bibliotheca curioſa deductionum* edita *Lipſ.* 1717. in 8uo. Poſſideo certe & ego centum eius generis uolumina, plerumque coemta ex bibliothecis publicorum adminiſtrorum.

(59) In *decem* iſtis uoluminibus, poſt rotulos teſtium, ingens farrago diplomatum imperialium de iuribus Burggrauiorum & urbis habetur & uidetur nonniſi rariſſime.

(60) Inſcriptio eſt: ACTA *in ſachen des* TEVTSCHEN ORDENS *klägers an einem, die ſtatt* NVRNBERG *beklagten andern theils* edit. *Noribergae* 1631. *f.* In quo pariter copia diplomatum eſt inſignis.

inter ducem & urbem de nexu immediato; HILDESHEMENSIA cum epiſcopo; BREMENSIA cum epiſcopo & Sueciae rege; HAMBVRGENSIA cum rege Daniae; EMBDANA & Friſica cum principe; WALDECCENSIA cum Haſſiae Landgrauio; OLDENBVRGENSIA cum Danis; ERFVRTENSIA inter Moguntinum & urbem Saxoniaeque principes electores; NAVMBVRGENSIA & MERSEBVRGENSIA praeſulatus cum Saxoniae duce electore; SCHWARTZBVRGENSIA cum Saxoniae ducibus, qua Landgrauiis Thuringiae; HASSIACA ſuper ſucceſſione & diuiſione in principatu; SAINENSIA cum Wittgenſteinenſibus; KEYSHEIMENSIS coenobii cum archipalatino; LOEWENSTEINENSIA cum praeſule Herbipolitano; KIZINGENSIA Brandenburgicorum cum eodem; EBORACENSIS coenobii cum eodem, quae emtu ſunt difficilia, ſed inſtructiſſima diplomatibus inde a Carolo M.; BAMBERGENSIA de Carinthiae dynaſtia cum Auſtriacis; BRANDENBVRGICA aduerſus eosdem de Auſtriae ſubfeudis; LEVBERI aduerſus ſtapulam Magdeburgicam; LEVCHTENBERGENSIA Boioariae ducis aduerſus heredes; FALCKENSTEINENSIA Moguntini cum Stolbergenſibus; ALSATICA aduerſus Galliae regem; WIRTENBERGICA cum coenobiis & nobilitate clientelari:

telari; HASSIACA cum eadem; PALATINA cum eadem; WORMATIENSIA inter praeſulem & ciuitatem; AQVISGRANENSIA inter ciuitatem & aduocatum, ducem Iuliacenſem; BADENSIA aduerſus Wurtenbergicos; SAXOLAVENBVRGICA inter Saxones & Anhaldinos; VELDENTINA & Simerenſia in domo Palatina; AVRELIANENSIA cum archipalatino; PORVSSIAE regis cum Teutonici ordinis ſacris militibus; de REGENSTEINENSI comitatu cum Brunſuicenſi; de WERTHENSI aduocatia; de ſucceſſionis ſpe in MEKLENBVRGENSEM ducatum; de ſuperioritate in comitatum MANSFELDENSEM; de iuribus NOVICASTRI; de ſucceſſione AVRIACA; de CLIVENSI ac Iuliacenſi ſucceſſione; de iure in LIMBVRGENSEM comitatum; de controuerſiis LOCCVMENSI; HERFORDIENSI & quae plurima ſcripta ſunt generis eiusdem. Ex quibus certe libellis facile fuit Lunigio ad decerpendum & exſcribendum diplomata, edita ſub nomine tabularii imperialis. Neque tamen ita finiui ſcriptores & libros diplomaticos in Germanico imperio. Nam debent in ea etiam cauſa IVRECONSVLTI CAMERALES, ut audiunt, conſuli. Praeſertim MEICHSNERVS; BARTHIVS; KLOCKIVS; GYLMANNVS; COTHMANNVS; de BENIGNIS; de RVDOLPHIS aliique. Nam in ſuis conſiliis & relatio- CAMERALISTAE diplomatici.

relationibns nunc exhibent diplomata, nunc ad ea prouocant ac remittunt. Quapropter ſaepe etiam in CONSILIIS & RESPONSIS Germaniae prudentum aliquid occurrit, quod hunc ſuſtinet locum. In quibus praecipue commendari merentur BESOLDIANA; MARPVRGENSIA; ALTDORFINA; LVNKERIANA; ALTDORFENSIA; BRVNIANA; FRITSCHIANA aliorumque. Sed nondum ueni ad pelagum, illos ſcilicet, qui grandioris inſtituti annales condiderunt, imperialium diplomatum theſauris coruſcantes. In his eminet *Caeſar* BARONIVS, qui, licet cauſam agat pontificis R.: mille tamen diplomata resque neſciret Germania noſtra, niſi docta fuiſſet ab hoc ſcriptore purpurato. Non tamen ille pueros lectores habeat, ſed uiros, rerum imperii non ignaros. Quare, ſi iura ſacrorum ſepoſueris, manibus tanti uiri bene precari licet iureconſulto euangelico, quod in tantis hiſtoriae tenebris nobis dederit lucem. IMO excitauit induſtriam aliorum, qui filum coeptum inde ab anno clↄ ccII. continuarunt. *Abraham* BZOVIVS in *ſeptem* uoluminibus, per quae annales Baronii ad annum usque clↄ lↄ XXXIV. produxit, tot diplomata, ad res Germanicas facientia, luci dedit, ut, niſi theologus a criminis abeſſet ſuſpicione, reus credi poſſet expilationis Ger-

Conſilia & Reſponſa.

Conditores annalium Baronius.

Bzouius.

Germaniae tabulariorum. Idem iudicium meretur copia diplomatum apud *Odericum* RAYNALDVM, qui protulit Baronianos annales *octo tomis* ad annum usque cIↄ Iↄ XXXIV. Parcior in his eſt *Franc.* PAGI in *critica annalium Baronii*: Sed tamen quaedam ſub cenſuram uocat, ut adeo hic quoque nomen mereatur. *Carolus le* COINTE annales eccleſiaſticos Francorum ab origine ad annum 828. *octo* tomis abſoluit resque Germanici ſimul imperii tractauit, multoties etiam auxilio diplomatum, in quibus aeſtimandis & cenſendis acri utitur iudicio. *Ioannes* MABILLONIVS non ſolum de arte diplomatica meritus eſt immortaliter; ſed etiam plurima diplomata fauſto ſidere ex latebris protulit Germaniae etiam tabulariorum. Pertinent huc illius *annales Benedictini* ab anno 480. ad annum 1115. quinque uoluminibus prolati; deinde illius *acta SS. ordinis Benedicti* ab an. 480. ad annum 1100. *nouem* uoluminibus deſcripta, RVINARTIO ſtrenuo etiam in diplomatibus conquirendis adiutore. Neque SAMMARTHANORVM fratrum Scaeuolae & Ludouici hic omittenda memoria. Licet enim illi *quinque* uolumina inſcripſerint *Gallia Chriſtiana*: cum tamen *Germaniae* etiam tractent *praeſulatus*, Rheno uicinos, inſpergantque operi paſſim inedita

Raynaldus. Pagi. Cointe. Mabillonius. Ruinartius. Sammarthani.

edita diplomata, ideo etiam conſuli debent a Germano. Inprimis uero ACTA SANCTORVM huc faciunt, quae XII. uoluminib9 per menſes totidem a SVRIO conſcripta, ſed plusquam Herculeo poſt conatu a BOLLANDO, HENSCHENIO, PAPEBROCHIO & ſodalibus eorum innumeris acceſſionibus aucta & adornata ſunt extantque, a *Ianuario* ad *Iunium* menſem usque, grandioris formae uolumina XXV. In quo demum opere, aeternum duraturo, dici & extolli ſatis non poteſt, quam immanis adſeruetur diplomatum & plenae fidei documentorum adparatus. Nemo tamen foecundior unquam feliciorque fuit in diplomatibus Caeſarum, maxime Germanicorum: quam *Ferdin.* VGHELLVS in Italia ſacra, *nouem* deſcripta *uoluminibus* formae maioris. Ex omnibus enim, quaqua uerſus Italia patet, praeſulatibus, quos deſcripſit, requiſiuit ille accepitque *diplomata* & *bullas* omnis uere aeui. Qui liber Germanis etiam noſtris eſſe debet pretioſiſſimus. Inde enim iura imperii in Italiam cum in ciuilibus, tum in ſacris patent intelliguntur que plena fide: hiſtoricorum reiectis quisquiliis & partium ſtudiis inanibus. *Samuel* GVICHENON in *Sabaudiae hiſtoria* fere uniuerſum aperuit proditq; tabularium principale, unde documenta pleraque deſcripſit exhi-

Acta SS. *Surii & Bollandi.*

ITALI. Vghellus.

Guichenon.

exhibuitque. *Albertinus* MVSSATVS uti in hiſtoria Henrici VII. Caeſaris ſcriptores protulit, ante ignotos: ita etiam diplomata plura produxit in hanc arenam. Expectantur plura ab Italis, MVRATORIO & FONTANINO interpretibus, quorum litterae nobis in hoc ſtudii genere ulteriorem faciunt ſpem. Sunt praeterea ex GALLIS quamplurimi, qui libros ediderunt diplomatibus inſtructos. *Guilielmus* CATEL *en ſon hiſtoire de* THOLOSE *&* LANGVEDOCK; in hiſtoria *prouinciae* NOSTRADAMVS & GVESNAYVS; in *Delphinatu* Nicol. CHORIER & Samuel GVICHENON; in *Aquitania* & alibi Ioan. BOVCHET; in *Lugdunenſi Iac.* STEVERTIVS, RABISIVS; in *Burgundicis* CHIFLETIVS, PARADINVS, IVLIANVS, du CHESNE; in Britannicis ARGENTREVS, LOBINEAV, cui ingens diplomatum & ſigillorum adparatus; in *Pariſinis* Michael FELIBIEN hiſtoire de Saint Denys, cum adpendice diplomatum, Gerardi du BOIS hiſtoria eccleſiae Pariſienſis; in *Rhemenſi* Guilielm. MARLOTVS; in *genealogicis* Galliae principum & procerum Mr. du BOVCHET, du CHESNE, du FRESNE, de la ROCQVE, Mr. BALVZE en hiſtorie d'Auuergne, qui omnes ſua probant pulcherrimis omnis aeui diplomatibus ac inſtrumentis. Neque deeſt haec laus ſcriptoribus Belgis, quod robur in adſertis reponant

Muſſatus.

Galli.

Belgae.

nant in diplomatum auctoritate. Quorſum referre licet *Antonium* SANDERVM (56); *Oliuarium* VREDIVM (57); VIGNIERIVM (58); *Iac.* MALBRANCVM (59); BALDRICVM (60); CHRISTINAEVM (61); LINDENBORNIVM (62); SLICHTENHORSTIVM (63); BEKAM & HEDAM (64); *Vbbonem* EMMIVM (65); Chriſtophorum BVTKENS (66), quem tamen habent inter ſup-

(56) In *Flandria* & *Brabantia ſacra* & *chorographia* Brabantiae, qui tres libri, ſat magnifici & ſumtuoſi, multa *diplomata* referunt, aliunde non requirenda.

(57) In libris *ſigillorum; hiſtoriae; genealogiae* Flandriae. Omnia hic magnifica & egregia, dummodo filum non fuiſſet abruptum

(58) En hiſtoire de la maiſon de Luxenburg.

(59) In libro de Morinis & Morinorum rebus.

(60) In chronico *Cameracenſi*, & Atrebatenſi, libello breui, ſed refertiſſimo diplomatibus.

(61) In iurisprudentia heroica.

(62) In notitia epiſcopatus Dauentrienſis.

(63) In hiſtoria *Geldriae*, diplomatibus aucta, quibus Pontanus fere deſtituitur.

(64) In Vltraiectini epiſcopatus hiſtoria. Vbi diplomatum copia & ſelectus.

(65) De cuius hiſtoria rerum Friſiae actum eſt ſupra dictumque, quam imprudentes fuerint eius aemuli ac homines inimici.

(66) Hunc librum plures magni faciunt redimuntque maxmi a poſſeſſoribus. Inſcriptus eſt: *Trophées de la Duché de Brabant* edit. *Antw.* 1641. f. Sed audiatur *Petrus* SCRIVERIVS, aſt quam peritus Belgicarum iudex! Ita uero ille in *epiſt.* 8. *p.* 558. iudicat: *Exortus eſt nuper in Brabantia an Flandria, mi Pontane*, STOLIDAE AVDACIAE *& intolerabilis palpi, Chriſtophorus* BVTKENIVS. *Hic fanaticus ducum, principum, nobilium etiam priuatorum acta, rationes, ſtemmata, in numerato habere atque ea, quae nunquam facta, ſcire uidetur. Nunc comites nunc barones crepat*, CONFICTIS DIPLOMATIBVS, *uera falſaque iuxta habet.*

ſuppoſtores & fabulatores; *Ioan.* le ROY (67); Antonium MATTHAEVM (68); FISENIVM (69); Ioan. CHAPEAVVILLEVM (70); REVIVM (71) HVGONEM (72) aliosque. Inprimis uero non omitti hic debent BOHEMICI ſcriptores Bohemi. GOLDASTVS (73); BALBINVS (74); *Bartholom.* PABROZKIVS (75); CZECHORODVS (76); SCHICKFVSIVS (78), qui diplomata inprimis exhibet clientelaria. In Hungaris Hungarii. diplomata ſiſtunt WERBOEZIVS (79); LVCIVS (80); anonymus (81) Hun-

h ga-

(67) De S. R. I. Marchionatu Antvverpienſi.

(68) Cedro digna, quae ſcripſit in hiſtoria hic auctor, cui ſemper diplomata ad manus. Quae illuſtrare potuit patrii iuris arte.

(69) In hiſtoria Leodienſi, inſtructa robore diplomatum.

(70) Qui ſcriptores exhibet rerum & epiſcopatus Leodienſium edit. *Leodii* 1616. tribus uoluminibus in 4t.

(71) In hiſtoria Dauentriae.

(72) In proelio Werningano.

(73) In Bohemiae regno, nuper recuſo. Vbi diplomata requiſita ex regali tabulario propter eaque fidei maioris, quam alia omnia Goldaſti.

(74) In miſcellaneis regni Bohemiae & uita *Arneſti*. Vbi ſyllabus etiam habetur uere ſtupendus diplomatum eorum, quae adhuc lateant in regali tabulario.

(75) In *hiſtoria Bohemica* edita *Pragae* 1613. f. Qui liber notus eſt pauciſſimis. Ingenti diplomatum adparatu eſt inſtructus *priuilegiorum; fundationum; codicillorum*, quae ſcripſere Bohemis Caeſares, reges, pontifex, epiſcopi, praeſules. Habet utiliſſimus liber urbium deſcriptiones; illuſtrium familiarum hiſtorias & ſigilla; praeſulatuū notitiam; etiā alias regni eius rationes prorſus ſingulares.

(76) In *marte Morauico.*

(78) In doctiſſimo libro *de feudis Sileſiae*, inedito adhuc. Quem tamen, quod litterarum clientelarium ſit ditiſſimus, proxime dabimus prelō.

(79) *In corpore iuris Hungarici publici* ac priuati, quod nuper recuſum Tyrnauiae 1698. f.

(80) De *regno Dalmatiae & Croatiae* edit. *Amſtel.* 1669. f. Ex quo libro eiusque diplomatibus plurima hauriuntur ſingularia in hiſtoria Carolingica.

(81) In *hiſtoria diplomatica* Hungariae edit. *Halberſtadii* 1610. impenſis Genſchjanis.

Codices MANVSCR. gariae diplomaticae. Cuſtodimus etiam nos in librararia ſupellectili noſtra tres codices formae grandioris. *Primus* continet *priuilegia* regni *Bohemiae* & *Sileſiae* (*); *alter* & *tertius* HVNGARIAE regni litteras, decreta, codicillos, placita (**).

COLLECTORES ueterum monumentorum & DIPLOMATVM. §. 40. Ad illos uenimus, qui ex inſtituto collegerunt cum ueteres ſcriptores, tum diplomata & typis illa promulgarunt.

1) Miraeus 1624. In his principem merito locum meretur *Aubertus* MIRAEVS (83) in diplomatum Belgii codicibus diuerſis. Huic ſucce-

2) Perardus 1664. dat *Stephanus* PERARDVS (84), qui ingentem farra-

(*) Cum aliqua in eo ſint, quae pridem edidere *Goldaſtus* & *Balbinus*, his reciſis, reliqua dabimus prelo.

(**) Deſtinauimus utrumque instituto *Mart.* SCHMEIZELII, qui nouam editionem meditatur rerum Hungaricarum.

(83) Quatuor eius generis ſunt uolumina, quae utiliter iunctim recuderentur: I) codex *piarum donationum Belgii* edit. *Bruxellis* 1624. II) *donationes Belgicae cum notis* edit. *Antwerp.* 1629. III) *diplomata Belgica* edit *Bruxell.* 1628. IV. *Notitia eccleſiarum Belgii* edit. *Antw.* 1630. Omnes quatuor libri formae ſunt eiusdem in 4t. Quibus ſi index & gloſſarium accederent, principem locum mererentur in republica harum litterarum.

(84) Mereretur liber recenſionem. Sed haec non eſt huius loci. Imo dolendum, auctorem edidiſſe tantum theſaurum ἄνευ προοιμίου. Quod deſiderium in libro expleat Burgundus. Inſcriptio uoluminis eſt Gallica, licet pleraque diplomata eius Latina. *Recueil de pluſieurs pieces curieuſes, ſeruant a l hiſtoire de Bourgogne* par feu meſſire ESTIENNE PERARD *Conſeiller du Roy en ſes conſeils & Doyen de Chambre des Comptes a Dijon* edit. *Pariſ.* 1664. *f.* Si adſequi liceat aliquid coniecturis, plura fuerunt, quae ſibi auctor illuſtris in editione diplomatum omnium prouinciae unius propoſuit. *Primum*, ut regalibus adminiſtris priuilegia Burgundiae ante oculos uerſarentur retinerentq; eos

farraginem edidit diplomatum, ad res *Burgundicas* facientium, tam eccleſiaſticas, quam ciuiles. Vnde credere licet, pleraque Burgundiae tabularia induſtria huius uiri, in ſupremo tribunali ſenatoris, exhauſta eſſe. Quod exemplum utinam aliae quoque prouinciae, abiectis aut remotis ſcopulis, ſequerentur. *Fridericus* LEONARD (85), Galliae regis architypographus poſtquam, iuſſu principalium adminiſtrorum, excudiſſet uarias pacis & conuentionum tabulas ſui aeui, animum demum adpulit recurrendi in hoc inſtituto ad ſecula tria prio- Leonardus 1693.

h 2

ab abſoluto imperio & eorundem uiolatione. *Deinde*, ut ipſius tribunalis adſeſſores his uterentur in decidendis eius prouinciae controuerſiis. *Poſt*, ut illuſtrium familiarum ita conſeruaretur memoria. *Tum* ut ſacrorum collegiorum & ciuitatum quoque eſſet aliquod palladium. *Denique* ut formula priſtini imperii cum nouiſſimo poſſet conferri. Id etiam deſiderandum in libro utiliſſimo, quod deſint ei *indices*, in operibus miſcellis tantopere neceſſarii. In multis diplomatibus nominata tabularia, unde ea ſint deſumta; porro in aliquibus apologia habetur, ne crederentur minus ſincera; etiam in aliquibus adiecta ſigilla.

(85) Inſcriptio libri eſt haec: RECVEIL DES TRAITEZ DE PAIX; *de treue; de neutralité; de confederations; d'alliance; de commerce* faits par les *Rois de France* auec tous les princes & potentats de l'Europe & autres en *ſix* tomes edit. *Pariſ.* 1693. in 4t. Satisfecit omnino Leonardus ſuo inſtituto. Num e re fuerit principis ſui, dubitant. Nam tenuit plures principes illud, quod tot foedera pepigiſſet rex nouiſſimus iterumque rupiſſet. Deinde etiam codicillorum in tribus iudiciis recuperatoriis 1) *Metenſi* 2) *Briſacenſi* 3) *Veſontino* exhibitorum ipſos taeduit piguitque Gallos in pacificatione Riſuicenſi. Qui illa bella annumerarunt rabuliſticis.

priora atque ſex uoluminibus exhibendi inde ab an. 1435. regis Galliae cum imperio, regnis ac rebus publicis aliis inita foedera, paces, transactiones ad tempora usque nouiſſima ann. 1690. Praemiſit operi luculentiſſimo hiſtoricas de hoc

Amelotus. argumento obſeruationes AMELOTVS (86).

Leibnitius. *Godefridus Guilielm.* LEIBNITIVS (87) *codicem iuris gentium* adpellauit librum, quo tabulas pacis, conuentionum, foederum, aliorumque monumentorum protulit in lucem. Qui licet inſignem habeat utilitatem: multa tamen, quod oſtendi adoleſcens (88) in utroque uolumine pro ineditis habentur, quae olim

(86) Nam omnium harum *tabularum* iude ab anno 1434. ad annum 1684. recenſet hiſtoriam; expendit momenta; oſtendit uſum; additque ſingulis lumen. Inſcriptio eſt: *Obſeruations hiſtoriques & politiques ſur les traitez des princes* in operis tomo primo.

(87) Volumina ſic inſcripta ſunt: *codex iuris gentium diplomaticus* a fine ſeculi XI. ad noſtra usque tempora *ex manuſcriptis bibliothecae Guelferbytanae* edit. *Hannouerae* 1693. f. Alterum inſtar *mantiſſae* ibidem 1700. f. Cum ego regis cauſam agerem in adſerendo principatu *Nouicaſtri*, libro poſtea edito in ueruacula (*Preuſſiſch Neuburg* in 8uo.) illud uolumen, quod inter Mazariniana mſta hoc argumentum tractat, interceſſu Poruſſiae regis accepi ex Guelferbytana reque ipſa intellexi Leibnitium bona fide inde ſua deſcripſiſſe. Didici etiam hoc, Mazariniana ſaepius dare impreſſa & promulgata pro ineditis. Eſt tamen is in Guelferbytana theſaurus pretioſus & magnificus, imo reuera in aeſtimabilis.

(88) In *Pufendorfii introductione ad hiſtoriam illuſtrata* in 8uo. Ipſe uir ſummus in litteris ſuis, ad me ideo ſcriptis, doluit, ſe olim impreſſa ignorauiſſe.

olim iam uiderunt lucem latentque in diuerſi generis libris neque patent, niſi legenti. Verum illuſtrem collectorem haud dubie fefellerunt uolumina Mazariniana, in quibus illa offendit inter cimelia manuſcripta. Omnium uero in diplomatibus adparatū longiſſimo poſt ſe interuallo reliquit *Thomas* RYMERVS (89). Is enim, iuſſu reginae, *tabularium regale* fere uniuerſum, exemplo quidem inaudito, laudabili tamen publicauit, preloq; dedit omnes pacis, foederum, conuentionum tabulas ab an. 1100. ad annum usque 1625. uoluminibus formae grandioris *ſeptendecim*. Eſt uero litterariae reipublicae querela ſatis acerba, quod liber iſte adhuc referatur inter res, quae ſunt extra commercium. Quoniam eius exempla omnia deſtinata ſunt regis indulgentiae, non uero librariis tabernis. Rymer 1704.

 For-

(89) Inſcriptio diplomatum promptuarii uberrimi eſt haec; *Foedera; conuentiones; litterae & cuiusque generis acta publica inter reges Angliae & alios principes ab an.* 1101. *ad an.* 1625. edit. *Londini* ab an. 1704. ad an. 1718. *uoluminibus* XVII. *f.* Vltimi tomi auctor eſt *Robertus* SANDERSON, a cuius docta & liberali manu forte expectamus ſpicilegia & continuationem ad tempora nouiſſima. Praeſertim cum ex illis tanta redundet in Britannos gloria, omni aeuo duratura. Ceterum cum litteratis haec diplomatum Angliae bibliotheca clauſa ſit fuerunt aliqui auctores noſtris librariis, ut inde ea in gratiam Germanorum decerperent reuiderentque, quae res imperii noſtri tangant aliquo modo. Neglectis aliis, quae ſoli Britanniae & ſingularibus ibi proceribus ac ciuitatibus propriae. Sed nauſeat oculus mutila & decurtata.

Forte, ut liber etiam in hac cauſa aliquid haberet ſingulare neque tantus uereque inaeſtimabilis theſaurus, uulgi tractatione, uileſceret. Fert etiam muſula mea dolenter, in tot impenſis fortunisque, quibus libros eius generis coemit conduxitque ex angulis Europae uere uniuerſae, RYMERIANA deſiderari adhuc atque eorundem uix ſupereſſe aliquam ſpem. Praeſertim cum ad nouiſſima tempora usque expectetur AVGVSTI operis continuatio. Neque praeter rem. AVGVSTISSIMVS enim BRITANNIARVM MONARCHA, orbem nunc regit, curat, pacat, mare librat terramque, uindicat tueturque imperantium lances & aequabilitatem. Vt nulla tabularum uolumina AVGVSTIORA ſint nouiſſimis. Sed, relictis, auguſtalibus, ad librarias umbras. *Edmundi* MARTENE atque ſodalis illius *Vrſini* DVRANDI, ordinis S. *Benedicti* monachorum *theſaurus nouus anecdotorum* (90) *com-*

Martene. 1717.

(90) Operis uaſti & luculenti ſubſcriptio eſt: *Theſaurus nouus anecdotorum complectens tomo I. regum principum ac illuſtrium uirorum epiſtolas & diplomata*, Deinde *tomo II.* PONTIFICVM epiſtolas maxime *Auenionenſium* aliaque monumenta. Porro *tomo III.* CHRONICA uaria. Poſt *tomo IV*, uaria CONCILIA & decreta. Denique *tomo V.* SS. PATRVM opuſcula, iunctim edita *Pariſ.* 1714. *f.* Neque mirum, felicius cedere laborem hunc monachis, quam hominibus aliis. Sunt enim monachi otioſi; liberi a curis; ad rogandum indefeſſi; ſimplices & poſiti extra ſuſpicionem, fore, ut librariis monumentis aliquis abutatur.

complectens regum ac principum epiſtolas & DIPLOMATA bene multa pariter habet, quod poſitum uere eſt extra imitationem. Nam fratres hi, cum omnia conquirerent, conducibilia olim ad nouam Galliae ſacrae editionem, multis paraſangis ampliorem, opere Sammarthanorum, mille loca & tabularia frequentarunt circumieruntque per Galliam omnem, patuit enim illis acceſſus ad libraria & archiua uniuerſa, ut hanc ſcenam ſuam olim recte inſtruerent adornarentque. In his igitur curis factum eſt, ut illis alia plura uenirent in manus, quae in maximae formae *uoluminibus quinque* in lucem protulerunt. Obſtupui ego, cum legerem expenderemque ea tantum, quae ad res faciunt imperii Germanici & Romani. Quare omnino auctor eſſe debeo ciuibus meis, ut cogitent de horum librorum lectione, ſi quidem patrii iuris & notitiae limites magis uelint proferre. Sed his parum loco cedit aut nihil, *Lucas* DACHERIVS(91), quem illi exemplo ſibi propoſuerunt. Dacherius 1665.

 Edi-

(91) Inſcriptio huius armarii eſt: VETERVM *aliquot* SCRIPTORVM, *qui in Galliae bibliothecis latuerant*, SPICILEGIVM opera domni *Lucae* DACHERII congreg. S. Mauri monachi *Benedictini* edit. *Pariſ.* 1665. in 4t. uoluminibus XIII. abſolutis anno 1677. Vti DACHERIVS (d'Achery alias) fuit *Mabillonii* ſodalis & συνεργός; ita Dacherii adiutor ac incitator Mabillonius. Vt omnino debeamus utrumque theſaurum Mabillonio. Liber nunc

Edidit enim ille XIII. uolumnibus omnis aeui libellos, chronica, chartas, epiſtolas, opuſcula uarii argumenti. Quorum bene multa pars cum res iuraque tangat S. R. I. merentur ſane commendationem eandem. His non multo inferior *Antonius* MATTHAEI (92), iureconſultus Belga. Is enim, ſub nomine VETERIS AEVI ANALECTORVM, plurima protulit noſtri argumenti. Quibus ipſo in libris ſuis nouit ſcite uti. Tangit nos iterum moeror, difficillimum eſſe in ipſo Belgio, ad ſingula uolumina coemendum. *Philippus* LABBEVS (93) uti ſpem fecit bibliothecae manuſcriptorum

Matthaei 1698.

Labbe 1657.

nunc maximi fit pretiumque habet centum fere imperialium. Sed ego mallem, tot aureis carere, quam his uoluminibus.

(92) Nomen libri eſt: VETERIS AEVI ANALECTA *ſeu uetera aliquot monumenta, quae hactenus nondum uiſa collegit & obſeruationes ſuas paſſim adiecit* Antonius MATTHAEVS iuris in Lugdunenſi anteceſſor edit. *Lugduni* 1698. uolum. X in. 8o. Non memini iureconſulti ullius, qui noſtro Matthaeo queat conferri. Eius libri de *nobilitate; Vltraiectina; Egmondana;* ius *gladii* aliaque lumen adferunt nouum rebus Germanicis. Idque in cauſis, nube tenebrarum & ignorantiae obductis. Dicunt, optimum ac eruditiſſimum uirum indigna morte obiiſſe, & tantum non in latrina eſſe ſuffocatum. Ceterum haec opuſcula, diuerſis annis edita, ita diſperſa ſunt, ut rarae fortunae ſit, omnia offendere ſimul.

(93) Ita enim ſibi in animo propoſuerat LABBEVS, edere *bibliothecas* diuerſas 1) *hiſtoricam*, 2) *theologicam* 3) *diplomaticam* 4) *philoſophicam* 5) *poeticam*. Sed cum deeſſent bibliopolae, qui facerent impenſas, acquieuit in *hiſtorica* edit. *Pariſ.* 1657. *f.* uolum. 2. Habentur uero in illa multa priuilegia & fundationes uarii generis collegiorum etiam principum teſtamenta.

ptorum DIPLOMATICAE : ita quoque eandem explere uoluit in *bibliotheca manuſcriptorum* librorum. Sed parum in illa eſt, quod huc mereatur referri. Foecundior in diplomatibus eſt *Ioann. a* BOSCO *in bibliotheca Floriacenſi* (94). Non legit hunc librum, qui eum non maximi facit. Nam ultima pars eſt omnino diplomatica, referta codicillis imperatorum Francicae & Germanicae ſtirpis. Vnde facies intelligi poteſt regni Arelatenſis, eiusque cum Germanico imperio nexus integerrimus. Sed cum threnos ſcripſerit in Benedictinos obiit Romae in uinculis, cuſtodiae damnatus perpetuae in arce S. Angeli (95). Neque

Boſco. 1605.

(94) Libellus his uerbis eſt inſcriptus: FLORIACENSIS VETVS BIBLIOTHECA 1) *Benedictina* 2) *Sancta* 3) *Apoſtolica* 4) *Pontificia* 5) *Caeſarea* 6) *Regia* 7) *Franco Gallica, cum utroque xyſto ad diuerſos*, edita *Lugd.* 1605. in 8o. Nomen uoluminis ab oppido *Floriaci* eiusque coenobio S. Benedicti ordinis eſt deſumtum. Vnde pleraq; *mſcta* dicit ſe accepiſſe Ipſa inſcriptio docet, facere hunc faſciculum ſcriptorum ante ineditorum ad hiſtoriam imperii noſtri & regni Gallici. Maximi egomet facio ſub calcem adiecta diplomata Caroli M. Lotharii, Cunradi, Friderici, poſt innumeras pontificum bullas & Burgundiae principum codicillos.

(95) Fide ſcribo *Theoph.* RAYNALDI *in bibliotheca opp. tom.* 12. *c.* 9. *p.* 526. Vbi ait › *Threnos de ſui ordinis Benedictini ſtatu emiſit Ioan. a* BOSCO. *Sed conſultius ille quidem feciſſet, ſi ſibi ceciniſſet triſte illud canticum. Vnitaturus ea ratione carcerem perpetuum ac concluſionem in Romana arce S. Angeli ad mortem usque. Sed tamen liber impune emitur* Idem ERYTHRAEVS *in pinac. l.* 1. *c.* 81. Sed Boſco doluit prauos & a regula S. Benedicti alienos mores monachorum. Tanti ergo criminis eſt, improbos ferre dolenter.

que diplomatum uacua eſt BIBLIOTHECA CLVNIACENSIS *Martini* MARRIERII atque *Andreae* QVERCETANI (96), ſub quo nomine latere uoluit du CHESNE. Qui uetuſtis operibus addidit notas & multa lumina diplomatum. *Stephanus* BALVZIVS (97), uti in ueterum monumentorum emendatione & editione aetatem triuit conſenuitque: ita etiam plurima diplomata hinc inde habentur in illius operibus. Vere ſcribo, plura hodieque diuini ac humani iuris argumenta patriam laterent, niſi his muſis hercules ille acceſſiſſet. Pertinent huc etiam quodamodo *chronica* coenobii CASINENSIS, quae nobis auxit illuſtrauitque *Angelus de* NV-

Quercetanus 1614.

Baluzius 1678-1693.

de Nuce 1668.

CE

(96) Nomen huic collectioni dedit *Cluniacum* & eius coenobii, ordinis Cluniacenſis, tabulari, um: unde requiſiti codices mſcti. Imo potiſſimum quoque illius origines, fata, praeſules in illa deſcribuntur. Diuerſi ſacri collegae iſtius coenobii ad hanc collectionem manus admouerunt in iisque MARRERIVS. Sed ultimam dedit Andreas CHESNEVS, qui ideo ſimulauit aliud nomen, ne gloriae aliquam partem operis collecti eriperet coenobialibus. Inſcriptum eſt uolumen his uerbis: BIBLIOTHECA CLVNIACENSIS, *in qua abbatum habentur uitae & abbatiarum ac prioratuum chartae*, DIPLOMATA, *donationes, priuilegia. Omnia e mſctis eruerunt Martinus* MARRIER, *monachus & Andreas* QVERCETANVS, *qui eadem diſpoſuit & notis illuſtrauit* edit. *Pariſ.* 1614. *f.*

(97) Quo illius ſcripta notiora ſunt, eo minus hic dicendum. Pertinent huc 1) *capitularia* 2) *epiſtolae Innocentii* 3) *acta pontificum Auenionenſium* 4) *tomi VII. miſcellaneorum.* Omnes libri locupletati ſunt *diplomatibus.*

CE (98) abbas. Eiusdem hic pretii opera ſunt GVIBERTI abbatis Nouigentani, quibus plura eius argumenti addidit *Luc.* DACHERIVS (d' Achery), de quo ſuperius actum (99). De BESOLDO (100) ZYLLESIO (101) aliisque pluribus Germanis, diplomatum collectoribus ſcriptum eſt ſuperius pariter in bellis diplomaticis. Repeti etiam hic debet nomen MABILLONII (102). Cui addendus *Iacobus* SIRMONDVS (103). Quo in hoc argumenti genere eſt inferior *Ioan.* LAVNOIS (104). In Britanniae regno uti ſcriptores medii aeui noſtris praeſtant: ita etiam inſtructiores ſunt diplomatibus. Quorum nomina recenſere longius abeſt ab inſtituto.

Guibertus 1655.
Beſoldus. Zylleſius.
Mabillon.
Sirmondus.
Launois.
ANGLI.

(98) Inſcriptio libri: *chronica coenobii Caſinenſis*, edit. *Pariſ.* 1668. *f.* Vbi inprimis huc pertinent Lotharii Saxonis imperatoris epiſtolae & codicilli.

(99) Titulus libri: *Guiberti abbatis de Nouigento opera omnia cum adpendicibus* edit. *Pariſ.* 1651. *f.* In notis praeſertim plures habentur chartae, priuilegia, teſtamenta, codicilli, litterae generis alius Caeſarum, praeſulum, comitum, cetera. Pretii quoque haud exigui ſunt ad Sigebertum Roberti *de* MONTE acceſſiones, quae adhuc parum extiteruut correctae.

(100) Iu *diplomatici belli deſcriptione.*

(101) Pariter in deſcriptione diplomaticorum bellorum.

(102) Scilicet in *ueteribus analectis* edit. *Pariſ.* 1675. in 8t. *uolum.* 4.

(103) Licet illius magnum nomen in *capitularibus* Galliae atque in *opuſculis uariorum mſctorum librorum & fragmentorum* edit. *Pariſ.* 1675. in 8. uoluminibus 3.

(104) Qui cum in aliis rebus, tum in ſuppoſititiis ſcriptis notandis, plurimum animi habuit pro fide & ueritate. Licet in eccleſiaſticis magis ſit occupatus argumentis.

to. In eccleſiaſticis tamen, quam cauſam etiam nos cum illis habemus communem omnino laudandi *Henricus* Wharton. WARTON (105) *in Anglia ſacra*, *Michael* ALFORD (106) atque inprimis illud diplomaticum armarium Monaſtici Anglicani, de quo bene meriti ſunt *Ioannes* MARSHAMVS *Robert.* DODSWORTHVS; *Guil.* Dugdale. DVGDALIVS (107), *Henricus* SPEELMANNVS

(105) *Anglia ſacra ſiue collectio ſcriptorum de archiepiſcopis & epiſcopis Angliae a principio ad an.* 1540. edit. *Londini* 1691. f. uolum. II. Dolet quidem auctor, *Diplomata* & chartas Angliae regno nunc ereptas eſſe ſpoliis emigrantium Reatholicorum tempore reformationis; iterum combuſtas & deletas partim metu inani, ne ex chartarum fide olim Rcatholici reuocarent inſtituerentque recuperatoria iudicia in M. Britanniae regnis, partim ſuperſtitione, quoniam furor is fuerit Puritanorum, ut omnis uetuſtatis Babylonicae, quod dixerant, perirent monumenta. Quorum ideo plurima combuſſerunt. Sed tamen Whartonus documentis raro utitur. Cui fides fere ſufficit hiſtoricorum.

(106) In annalibus eccleſiaſticis *& ciuilibus ab an.* 500. *ad ann.* 1189. edit. *Leod.* 1663. uoluminibus IV.

(107) Nomen libri: *Monaſticum Anglicanum*, *pandectae coenobiorum* 1) *Benedictinorum* 2) *Cluniacenſium* 3) *Ciſtercienſium* 4) *Carthuſianorum a primordiis usque ad diſcuſſionem ex mss. codd. archiuis & bibliotheis* edit. *Londini* 1682. *f.* uoluminibus III. editio *ſecunda* auctior & emendatior. Sed ultimum hoc falſum reperi. Nam liber ſemel eſt tantummodo impreſſus *Londini* 1661. f. Poſt uero quam eſſet interdictus publice, metu forte inani, ex recuperatoriis iudiciis Rcatholicorum, delituit aliquandiu. Poſt anno 1682. interdicto ſublato metuque diſcuſſo licuit eum uendere. Igitur noua fingebatur editio, quaſi illa nunc demum nata fuiſſet. In indice tantum quaedam deprehendi fuiſſe mutata. Sed mallem, hunc in tantae fidei theſauro eſſe inſtructiorem. Recitat propria tantum nomina ue-

NVS (108), plures libri in hac noſtra arena. Cui iungere licet *Guilielm.* LYNDWOODVM atque *Ioannem ab* ATHONE (109). Lyndvv.
Taceo rerum Anglicarum ſcriptores tot uoluminibus editos & repletos quoq; diplomatibus, qui facile habentur aliunde. Cum *ſacerdotu* & *imperii* noſtri ſtudia diuerſa, aemulatio, diſſidia, bella, e re omnino etiam illud eſt, ut in re diplomatica ratio habeatur litterarum, bullarum, codicillorum pontificis R. Cum ue-

uirorum, locorumque: non res earumque ſingularia monumenta. Ceterum Ioannes *Marshamus* edidit primo tomo *propylaeum*: Sed in illo de *prima* inſtitutione cum chriſtianiſmi tũ monachiſmi differit in regnis Europae Britanniaeque magnae & parum habet de diplomatibus, quibus ſpiſſa ſunt haec uolumina.

(108) Cuius aurati & litterati equitis huc pertinent plurima. 1) *Eius concilia, decreta; leges, conſtitutiones iura eccleſiarum orbis Britannici, Scotici, Hibernici* edit. 1639. *f. tribus* tomis, quorum *duo* tantummodo apud me, neque plures forte extant. Theſaurus eſt, unde haurire licet omnis iuris diuini & humani ſtudioſo. Plura, me opinatore, intelligun tur ſingularia ex decretis particularium conciliorum, quam oecumenicis. 2) Gloſſarium. 3) *Aspilogia* in eamque notae Edoardi BISSAEI ubi *diplomatum*, ſigillorum, nummorum copia edit. *Londini* 1654. *f.* 4) *reliquiae Spelmannianae.* 5) de *non temerandis eccleſiis.* De quo Minsheu: *liber paruus mole, magnus pondere.*

(109) PROVINCIALE ſeu *conſtitutiones Angliae*, auctore *Guilielmo* LYNDVVOOD, I. V. D. officiali curiae; dein ſigilli cuſtode; demum epiſcopo Meneuenſi cui adiiciuntur *conſtitutiones Legatinae*, Legatorum in Anglia, cardinalium, cum notis *Ioan. ab* ATHONA canonici Lincolnenſis edit. *Oxon.* 1679. f. Non ſolum in fine diplomata plura adiecta: ſed etiam inſperſa paſſim egregia ueteris aeui monumenta. Repeto, quod ante dixi, ius *canonicum prouinciale* praeſtare ſaepius pontificio,

uero hoc argumentum plerumque tractetur in hiſtoria iuris canonici: nos aliquorum tantummodo faciemus mentionem. Scilicet *Antonius* CARAFA (110), *cardinalis* & *bibliothecarius* R. Pontificis id egit anno cIↃ IↃ LXXX. ut PONTIFICVM Romanorum EPISTOLAS omnes cum e tabulario & bibliotheca Vaticana, tum ex archiuis aliorum locorum conquireret atque in unum codicem redigeret ederetque. Sed cum in hoc conatu morte praeueniretur anno cIↃ IↃ xcI. illius amanuenſis, *Antonius de* AQVINO opus, omnino laudabile adornauit (111) ediditque

Carafa cardinalis 1591.

de Aquino 1691.

(110) *Ant.* CARAFA, Neapolitanus, magni etiam in litteraria republica nominis purpuratus. Fuerat enim Graece & Latine doctus rerumque ad hiſtoriam, praeſertim eccleſiaſticam facientium peritiſſimus. Qui, cum in collegio illorum princeps eſſet, qui ſoliciti fuerunt de emendando codice diuiniori eiusque deſcriptis & impreſſis exemplis manum ipſe admouit operi ediditque aliqua in publicum. In illis curis etiam ſtudioſiſſimus fuit *epiſtolarum*, quae auctores haberent *pontifices Romanos*. Quarum ingentem farraginem collegit inſtituitque edere cum adnotationibus, ſed in hoc conatu morte eſt praereptus an. CIↃIↃXCI. Sunt aliqui, qui putant animum adpuliſſe eundem ad *annales eccleſiaſticos* ante Baronium & hoc maiorem longe eſſe potuiſſe. Nam in conciliis oecumenicis emaculandis totus quoque fuit. De quo MIRAEVS in *ſcriptorib. ſec. XVI. p.* 136.

(111) *Antonius de* AQVINO altero ſtatim anno, poſt mortem *Carafae*, cui in re libraria adiutor fuit auxiliatorque, collectas iam ſchedas edidit, ita inſcriptas: *Epiſtolarum decretalium, ſummorum pontificum tomi tres* edit. *Romae* 1591. *f.* Inde ab anno Chriſti 93 ad annum usque 1073. ſyllabus harum epiſtolarum eſt continu-

que Romae *tria uolumina*, quae inſcripſit: *Epiſtolarum decretalium ſummorum pontificum tomos tres* inde ab anno XCIII. ad annum CIↃ LXXIII. Emtu inuentuque liber eſt rariſſimus. Neque forte ad omnium palatos. Nam dubitant aliqui de aliquarum epiſtolarum genuina ratione. Contra irretorto oculo intuentur aliquas ſcriptores pontificii, quaſi editae eſſent minus conſulte. Aliud ab hoc inſtitutum eſt *Laertii* CHERVBINI (112); qui ab anno demum CIↃ LI. *bul-* Cherubini 1692.

nuatus. In quibus dici non poteſt, quam multa habeantur illius ſingularia, facientia ad res imperii Germanici, domi ac foris, pace belloque. Miror fere, utiliſſimum hunc librum impreſſum eſſe typis non niſi ſemel. Ego exemplum meum debeo *bibliothecae Heinſianae*, unde anno. 1683. aere redemit Fridericus Benedictus *Carpzouius*. Editae quidem ſunt aliquorum etiam pontificum epiſtolae ſigillatim, ſed haec recenſere nimis eſt prolixum.

(112) Cauendum omnino eſt, partim, ne unum opus bis terue redimamus; partim, ne redimamus illud, quod minus eſt integrum. *Tres* enim ſunt editiones BVLLARII eiusdem, quae omnes debentur CHERVBINIS PRIMAM atque ALTERAM adornauit *Laertius* pater; TERTIAM Angelus Maria, omnes *Cherubini*. Nam creuit opus ſub manibus & cuique editioni recentiori acceſſerunt plura, in uetuſtioribus omiſſa. Nouiſſima ſic eſt inſcripta; *Magnum bullarium Romanum ab Leone ad Clementem* X. edit. *Lugduni* 1692. *f.* uoll. 5. Nam uetuſtior hoc nomen prae ſe fert; *Laertii* CHERVBINI *de Nurſia in Romana curia aduocati Bullarium Romanum* tomis I. II. III. *cum adpendice* edit. *Rom.* 1617. *f.* Hunc librum in epitomen redegit auxitque uariis notulis & commentis *Flauius* CHERVBINVS filius his uerbis; *Compendium Bullarii* ad annum 1617. *ſcholiis auctum ad cuiusque pontificis ſanctiones* editumque *Romae* 1623. uol. 3. cum indice inſtructiſſimo. Cum raro proſtet epitome haec faciatque tamen ad plurium explicationem & illuſtrationem ex iure canonico, non ideo debet negligi.

1) Laertius. *bullarum pontificialium* initium fecit. Verum inde ad annum usque cIↄ Iↄclxxii, 2) Angelus. bullas omnium pontificum[1], feſtiuo & ampliſſimo adparatu, protulit in lucem. Licet uero opus hoc ſit utiliſſimum, in 3) Flauius. nimio tamen peccat FLAVIVS *Cherubinus* filius, magni *Bullarii epitomator*, qui illud hoc fere elogio dimittit: *Chriſtophorus Columbus detexit nouum orbem; pater meus Laertius bullas pontificum dedit ante incognitas in iuris canonici decretis. Vterque labor ſtupendus.* Stupidum iudicium, ſiculae gerrae. Ceterum, qui noſtra aetate in eo ſunt, ut *diplomatum* uetuſtioris aeui adaugeant numeros, duobus uerbis debent commemorari. Luniʒ. De LVNIGIO, felici & immani diplomatum collectore, dictum eſt ſupra. Nam indefeſſis precibus & rogationibus ſuis, id conſecutus eſt demum, ut uniuerſa ei Germania nunc tributaria ſit facta neque eius aliquod tabularium ſit, unde illi aliqua non ſint erogata. *Burcardus* Struue. *Gotthelff* STRVVE, uti nullam hiſtoriae partem relinquit intactam: ita etiam *bibliothecam manuſcriptorum* pandit producitque inedita etiam diplomata latine & in uernacula. Demum grata etiam hic Vffenbachiana. recordatio eſt VFFENBACHIANAE bibliothecae, cuius nunc ſub prelo ſunt excerpta & recenſio omnis generis & ae-

aeui *librorum mſſtorum.* Neque impenſis & laboribus parcit uir, bono reipublicae litterariae natus, ut ſupellectilem hanc nouis auctibus quotidie reddat inſtructiorem.

§. 41. Nunc ex longiſſimo itinere reuertimur ad noſtra eorumque recenſionem; quibus praemittere uiſum eſt tantum prooemium, ut conſtet, quare adeo ſimus ſtudioſi rerum, firmatarum diplomatum fide & adparatu. Quemadmodum uero ex illis, quae hactenus enarrata, ſatis intelligitur, quam maximi momenti cum ars ſit ſecernendi diplomata uera a falſis, tum etiam ipſorum diplomatum copiae & exempla: ita nemo nobis uitio uertet, nos quoque excitatos fuiſſe ad ſymbola haec & chartarum ueteris aeui ſpicilegia. Scilicet ex quo in hac Fridericiana ſedem fixi, in amoeniſſimis illis muſarum umbris, quas colere ſoleo hodieque, collegia in uariis litterarum ac doctrinarum generibus inſtitui, ſtudioſorum numeris ampliſſima honoratiſſimaque munuſculis gratiſſimorum auditorum. Vnde licuit opum ac aeris aliquid congerere. Eius igitur pecuniae aliquam ſemper partem muſarum ſacris iterum deſtinaui, ut, quod muſis largitricibus debui acceptum, redderem quodammodo illis, profunden- Cauſa & occaſio noſtri INSTITVTI.

 do

do multa in librariam ſupellectilem, forte ſupra modum uiri priuati ſumtuoſam. Non enim ſolum omnis generis libros ex angulis Europae propemodum uniuerſae conduxi, ut nihil fere eorundem deeſſet, quod requiritur ad litterarum, hiſtoriae, publici priuatique iuris, imo ſacri & ciuilis cultum adparatumque: ſed etiam ſummo ſtudio illud egi, ut uolumina conſequerer inedita, quae digna eſſent lectione ac luce. In utroque certe genere, fateor, conſilia mea inſtitutaque ſucceſſum habuiſſe, maiorem ſpe mea & futurorum praeſenſione. Nam uix ullus in Germania inuenitur principatus, prouincia, pagus, ciuitas, ad quorum notitiam non conferre aliquid poſſit mea manuſcriptorum uoluminum bibliotheca. Si mihi filii eſſent heredes, theſaurum hunc uſibus ſeruarem eorundem. Sed cum his caream, quos omnino alii ponere ſolent inter fortunarum mearum deſideria & defectus; eo ſum facilior, ad dandum omnia luci & commodis litterariae reipublicae. Idque etiam ideo, quod ipſo rerum uſu didici, ubi bibliothecae uenum exponuntur danturque haſtae, MANVSCRIPTA uolumina non tam emtores habere, quam emtionales caſus. In quibus nunc uiliſſima maximi; iterum pretioſiſſima ue-

ueniunt minimi. Queis luſibus nemo prudens lubenter indulget iactatque ita ſuum. Quod omne cum aequa lance expenderem: conſilium iniui hoc, ut uiuus pleraque darem prelo caueremque fata emtionalia. Eſt itaque hoc etiam diſcrimen inter meam & aliorum collectiones. Quod cum alii ex alienis hauriant, principum aut Mecaenatum, theſauris: egomet meos excutiam loculos reſculasque meas, non alienas.

§. 42. Eſt ergo in illis principio ratio reddenda inſcriptionis atque uerbi RELIQVIARVM. Cum enim alii, in ſimilibus inſtitutis, uſi ſint nominibus aliis, ANTIQVARVM LECTIONVM; ANALECTORVM; SPICILEGII; CODICIS IVRIS GENTIVM (a); COLLECTIONIS VETERVM MONVMENTORVM & quae ſunt eiusmodi: nobis adriſit uox RELIQVIARVM, noſtro inſtituto admodum concinna. Vt enim *corporis reliquiae* ſunt ex uuiae ac oſſa; ita quoque ingeniorum partus, libri, litterae, codicilli merentur eodem uerbo adpellari. Coluntur, **Ratio inſcriptionis & uerbi RELIQVIARVM.**

i 2 tur,

(a) Cuius *tituli* ratio, a LEIBNITIO adhibiti, diſplicuit plurimum. Neque forte ſine cauſa. Nam aliud eſt, *iure* obligari, aliud *pactis*. In quo ultimo genere codex illius uerſatur. Scripſit quidem apologiam uir doctiſſimus. Quoniam fas eſt, uerbis ludere & ſenſibus in titulis. Ad excitandos emtores & lectores.

tur, religionis quadam nimietate, cadauera, ueſtes, arma defunctorum: quidni ſcripta eorundem in pretio ſint, illae bonarum MENTIVM RELIQVIAE? De his enim magis eſt uerum, quam de oſſibus & ſupellectili cetera uirorum, diuis adſcriptorum, quod ſuis auctoribus maneant ſcripta perennentque. Iuxta illud PLINII (b): *ſcribe & excude aliquid; quod ſit perpetuo tuum. Nam reliqua rerum tuarum, poſt te, alium dominum ſortientur. Hoc nunquam tuum eſſe deſinet, ſi ſemel coeperit.* Litteraria certe monumenta dominos non mutant, quamuis elementorum dominia, quibus eadem inſcripta inciſaque, uaria ſint. Et uero dubium eſſe poteſt in iure: *cui* EDENDI MANVSCRIPTA *in lucem facultas ſit? Heredi auctoris?* an *domino* autographi? an uero exempli cuiusque *poſſeſſori?* ſiue *bonae* is fidei ſit ſiue *malae*. Pro ultimo nos facimus & reſpondemus. Nam *primo* ingeniorum reſpublica eſt *libera*; *deinde* librorum fines non lucra turpia, ſed *ueritas & ſapientia;* quae *porro* non tegi debet, ſed patere omni cultori; *tum* gloria & proprietas operis, etiam poſt funera, permanet auctori, quae neque pacto neque iure in alium licet transferre; *praeterea* iisdem etiam

Q. cui ius, edendi libros mſſtos.

(b) *Lib. I. epiſtola* 3.

etiam moribus utimur ac uiuimus hodieque, cum nemo ſecurus ſit, librum ab alio recudi, niſi priuilegio principis munitus, cuius tamen non limites ampliores, quam ipſius reipublicae; *demum* conſuetudinis etiam hic uis eſt maxima. quis accuſat Belgas alicuius furti, quod in Anglia & Gallia praeſertim editos libros illico recudunt coguntque inde diuitias immanes, cum eos uendant pretio, quam illi, longe uiliori. Neque eſt locus querelarum alicui generi. Non bibliopolae; ſibi enim tribuat, quod a Belgii ordinibus non redemerit reſcriptum. Non auctori; manet enim huic, quod ei debetur, nomen, gloria, gratiae operis perfecti. Taceo de illis ſcriptis, ubi auctorum uel nomina ignorantur uel heredes. Haec enim loco illorum, quae adeſpota ceduntque occupanti. Sed, cum maximum lumen ſit cuiuis libro ex illius ſcriptore, inde dolenter ferimus illos, qui dominis carent. In quorum indagatione plures uiri eruditi operam ſuam induſtriamque probarunt utiliter. In diplomatibus ſatis eſt notitia principis & temporis, quo quoduis eſt conceptum ac promulgatum. Non uero ſolis diplomatum limitibus definitur noſtrum inſtitutum. Nam extra illos in futuris uoluminibus etiam exhibituri ſumus

diuerſarum aetatum ac temporum au-ctores, ueteres & nouos, Graecos & Latinos, quorum nobis non leuis copia in noſtra ſupellectili. Igitur RELIQVIARVM nomen utriusque generis ſcripta in complexu ſuo debet continere. Qua propter uerba, *reliquiis* adiuncta, tam *diplomata* nominant, quam alia doctorum uirorum luce non indigna monumenta.

Ratio uerbi MANVSCRIPTORVM INEDITORVM.

§. 43. Exigit praeterea ordo, ut, quo ſenſu adpareat in titulo, uerbum adiectiuum, MANVSCRIPTORVM, quae uox aeui recentioris, exponamus. Latini *manum* dixere pro ſcriptura. Inde *mea manus*, idem quam *mea ſcriptura*. Quam Graeci dixerunt αὐτόγραφον: cui opponi ſolet ἀπόγραφον, quod eſt autographi exemplum, deſcriptum manu aliena, non auctoris. Sed forte incuſare hic etiam licet Romani ſermonis paupertatem, quoniam uox eis deficit, qua αὐτόγραφον exprimerent. Qua in re teſtem produco VLPIANVM. Is enim, quod Latinum uocabulum non haberet, ciuitate Romana donauit Graecum. Ita enim in *l.* 3. §. 3. *D. famil. herciſc.* ſcribit: *Labeo ſcribit uendita hereditate*, TABVLAS *teſtamenti* DESCRIPTAS (in copia & exemplo, quod dicimus) *deponi oportere. Heredem enim* EXEMPLVM *debere dare. Tabulas uero* AVTHENTICAS *ipſum retinere aut in aere deponere.*

ponere. Certiſsimus ſum, neque Labeonem neque Vlpianum *authentici* uoce uſuros fuiſſe, ſi in Latinitate alia fuiſſet, rei cocinna. Nam *authentia* apud Graecos non tam ad elementa reſpicit litterarum, quam ad rerum, quae ſcribuntur, auctoritatem. Hoc igitur cum ita ſit, uitio forte non eſt dandum ſcriptoribus inferioris aeui, quod maluerint nouam uocem fingendo conflare, quam porro laborare huius uerbi penuria. Dixere igitur *manuſcriptum.* Eadem libertate, qua ipſi Romani antea *manufactum* & *manumiſſum.* Sed hoc ipſum tamen diuerſo ſignificatu. Nam eſt eis *manuſcriptum* copiae aut exemplo oppoſitum adeoque ſynonymum *authentici* aut *autographi.* Atque ita loca ſe habent apud FRESNEVM. Verum, arte typographica inuenta, opus fuerat, uocabulo dare limites ampliores. Scilicet, ne ſoli ſcripturae *amanuenſis* opponeretur, ſed uniuerſim potius acciperetur pro utriusque generis *ſcriptura* opponeretur que illis tantum, quae non ſcripta, ſed *prelo* ac *typis impreſſa.* Atque hoc ſenſu MANVSCRIPTORVM alia *autographa* ſunt, alia iterum *apographa* amanuenſium. Vtrumque nos requirimus in noſtris ſignificatum. Eorundem enim, quae damus, alia ex *autographis* deſumta,

alia ex *apographis*. *Philippus* LABBE in praefatione *ad bibliothecam manuſcriptorum librorum* ideo dicit, ſua tueri hoc nomen, quia pleraque *manu illius*, uel deſcripta ſint uel tamen emendata, licet typis impreſſa fuerint antehac. Verum omnia, quae nos in *quatuor* hiſce *tomis*, uel dedimus uel daturi ſumus deinceps, inedita & *ανέκδοτα* fuere adhuc neque ante uiſa in publica luce. Quod certe dici poteſt de ſimilis inſtituti ſcriptis non niſi pauciſſimis. Nam in pleriſque collectionibus talia quoque offenduntur, quae ante iam fuerunt publicis typis ac aere exarata. Ceterum ſiue *manuſcripti* uerbo utaris ſubſtantiue ſiue adiectiue, nouum manet & barbari aeui: ſi autem diuellas uocabula, utrumque erit uere Latinum. Nam *manus* mea idem, quam *ſcriptura* mea; *manu*, non opera amanuenſis *ſcriptum* idem, quam *αὐτόγραφον*. *Scriptum* uero & ſubſtantiue & adiectiue accipi, extra dubium eſt. Quapropter merito ridentur cum QVINTILIANO (*) illi, qui religioni ducunt, copiam Latini ſermo-

(*) Si ullibi alias, etiam in criticis cauenda peccata inter nimium & parum. Acre iudicium QVINTILIANI *lib.* 8. *orat. c.* 3. *p.* 358. quod uerbis prodidit, quae ſequuntur: *Cicero* beatitas & beatitudo *ſentis dura eſſe*, *ueruntamen uſu*, *putat*, *poſſe emolliri multa noua & dura*, *ut* ENS & ESSENTIA. *Quae cur tantopere aſpernemur*, *nihil uideo. Niſi quod iniqui iudices aduerſus nos ſumus. Ideoque* PAVPERTATE *ſcr-*

ſermonis, ubi neceſſe eſt, adaugere.

§. 44. Hactenus de *uoluminum* & inſtituti huius *titulo* & uerbis. Sequuntur rerum deſcriptiones. In PRIMO TOMO duo nobis codices & DIPLOMATARIA, quae exſcripſimus. Vnus coenobii DOBERLVCENSIS in Luſatia inferiori: alter MARIENCELLENSIS in DIOECESI praeſulatus Halberſtadienſis: tacemus diplomata MISCELLA, utrique a nobis inſerta, ſecundum annorum ſeriem, quam maioris fecimus, quam ſingularium argumentorum rationes peculiares. Cui accepta referam, quae hic larga manu reddo, illud quidem nemo a me uel requirat uel expectet. Nam intereſt quandoque cum mea, tum largitorum, ut memoria haec accepti beneficii de animo meo excidat expungaturque. Saepe ad dandum excitat illud, ſi quis artem intellexerit, hominum & locorum obliuiſci, unde aliquid acceptum & reportatum. Illorum uero, qui non dubitant nominari, ſancta nobis erit recordatio rerumque nobis transmiſſarum memoria gratiſſima. RECENSIO TOMI primi.

i 5 §. 45.

ſermonis laboramus. Nam & quae uetera nunc ſunt, fuerunt olim noua & quaedam in uſu, licet perquam recentia. Quibus uſi ſunt primo *Auguſtus*, *Meſſala*, ipſe *Cicero*, ante inaudita. *Deriuare*, *flectere*, *coniungere* atque ita copiam augere ſermonis, *conceſſum eſt olim. Quando deſiit licere?*

DIPLOMATARIVM DOBERLVCENSE. HiſtoriaDoberluci.

§. 45. DIPLOMATARIVM DOBERLVCENSE, quod integrum hic exhibetur, multa habet utiliſſima notatu cum ob hiſtoriam, tum iura & formulas, tum etiam deſcriptiones ſigillorum. DOBERLVCENSE (*) coenobium in finibus Luſatiae inferioris ſitum, olim ſacrum ordini Ciſtertienſi, condidiſſe fertur marchio Cunradus I. circa annum CIↃ CLXXX. Verum aliorum parentum huius filiae mentionem facit diploma, anno CIↃCC. *num.* 7. *p.* 15. Quicquid ſit inuidendos ex hoc tempore auctus habuit Doberlucum, ob largiſſimas plurium donationes, in diplomatario deſcriptas. Quibus acceſſere priuilegia inuidenda, ut abbas eſſet *princeps praelatus* inter Luſatiae ordines uniuerſos. Senſit tamen coenobium bella inteſtina Brandeburgica & Miſnenſia, maxime Huſſiticum & Lutheranum. Nam in eo periit an. CIↃ IↃ XL. acceſſitque regali patrimonio, ſacris collegis expulſis. Cum reliqua igitur Luſatia ceſſit Saxoniae duci electori, atque teſtamento Ioannis Georgii I. uti *inferior Luſatia* omnis filio tertiogenito adſignata *Chriſtiano* ita & Doberlucum cum MERSEBVRGENSI praeſulatu. Inde buſta coenobii uerſa ſunt in principale palatium, uiduae iam nunc deſti-

(*) Nomen a fluuio *Dober* habet, quod uerbum Slaui reddunt *bonum*. Vnde etiam ſalinae Halenſes bona andiuut *Doberſol.*

deſtinatum uitalitio. Reditus huius quondam coenobii, quam nunc, maiores. Quoniam plurima in uicinis tractibus habuit patrimonia ac iura, quae cum ipſo coenobio expirauere. Nam uicini principes ac rerum domini uſi ſunt conditione ſine cauſa, ut nunc deſint in ciuili ſtatu rationes iudicii recuperatorii. Hodie gaudet oppidulo uno & pagis uiginti, pluribus etiam familiarum nobilium clientelis. Ceterum anno cIↃccccL. coenobium DOBERLVCENSE in nexu clientelae ac fidelitatis, eoque hereditario fuiſſe *principis electoris* BRANDENBVRGICI, id quidem conſtat ex plenae fidei inſtrumento (*). Sed praeterea ſingularia plura ſunt, quae ex hoc *diplomatario* intelliguntur. *Principio* ſingulis fere diplomatibus additae deſcriptiones ſigillorum. Quae cum uetuſtiſſimae ſint, ante tria fere ſecula factae, multum lucis dare poſſunt aduerſus errationes pictorum multiplices in ſigillis & eorundem fabuloſis originibus ac ſymbolis obicem ponere. Imo cum plurimum ſigilla uel deperdita ſint uel deprauata, inde poſſunt reſtitui & reuocari in lucem & conſpectum. Certe etiam in enarrandis *inſignium idolis* plura habentur notatu digniſſima. Nam in

Singularia 1) in aduocatia *Brandeburgica.* 2) deſcriptione SIGILLORVM.

IM-

(*) In DIPLOMATARIO DOBERLVCENSI *num.* 321. *p.* 479. 480. Sed aliud legimus, quod praeſtat illo.

Aquila biceps anno 1397.

IMPERIALIBVS WENCESLAI Caeſaris, quae ex diplomate pendent, an. clɔ ccc xcvii. concepto, *figura* memoratur *aquilae*, quaſi uolantis & DVO CAPITA habentis (*). Vnde corrigenda, quae communiter creduntur; *bicipitem aquilam* principio adhibuiſſe SIGISMVNDVM imperatorem, quae etiam fides D. HEINECCII (**). Aliter *Carolus IV.* & ipſe *Sigismundus*, imperatores, in diplomatario eodem, qui ſimplici aquila in ſigillis acquieſcunt. Taceo egregias alias ſigilli, throni & habitus imperialis hiſtorias, ibidem legendas. In ducalibus ſigillis noſtri codicis fide dudum fabula exploſa eſt de RVTA SAXONICA. Quoniam deſcriptor noſter (1) clare teſtatur ſimplicem eſſe uel *trabem* uel *faſciam* uel BALTHEVM *obliquum* in Saxonicis inſignibus, non fictitiam illam RVTAM. Quod ante me uiderunt ſcripſeruntque uiri doctiſſimi TENZELIVS (2); STRVVIVS (3); HOENIVS (4); illis-

Tabulae de ruta Saxonica.

(*) *Tom. I. num.* 301. *p.* 438. claris uerbis id habet deſcriptor: *In dorſo ſigilli* Wenceslai Caeſaris *impreſſum eſt paruum ſigillum de cera rubra, in quo uidetur figura quaſi* AQVILAE *uolantis* DVO CAPITA *habentis.*

(**) In doctiſſimo libro de ſigillis *part.* 1. *cap.* 9. p. 113.

(1) Duobus in locis potiſſimum. *Primo* in *diplomate* 212. *p.* 318. anni clɔccccxxix. *Deinde* in *diplomate* 291. *p.* 419. anni clɔccccLXXXVI. Quae loca omnino ſunt conſulenda.

(2) In *hiſtoria Gothana p.* 445. atque in *bibliotheca* ann. 1706. *p.* 312.

(3) In opuſculo *de ruta Saxonica ſect.* 3. *n.* 9.

(4) In des *Sachſiſchen Wappens unterſuchung c.* 1. *p.* 13.

illisque alibi acceſſi (5). Meo iudicio etiam illud notatu & intellectu eſt digniſſimum: *quod principes foeminae*, tutrices, *conſpiciantur in ſolio regnatrices*. Vnde clarum eſt, ante *A. Bullam*, MATERNAM TVTELAM & legitimam fuiſſe & agnaticae praelatam etiam in electorali archiprincipatu. Exemplo *Agnetis Saxoniae* duciſſae *regnatricis* anno 1301. quae ideo in ſolio hic ſiſtitur (6). Vt adeo *maternas tutelas* ſuſtulerit demum Carolus IV. in Aurea Bulla (7) anno 1356. in electoratibus, qui dicuntur, non in uulgaribus principatibus aliis. Fruſtra ergo hactenus creditum, ABullam TESTAMENTARIIS tutelis obeſſe. De quibus ideo non cogitatum. Quoniam hae excluduntur ipſo iure communi clientelari. Qua-

De *tutela* MATERNA etiam in Saxoniae electoratis.

(5) In *Germania principe lib.* 3. *cap.* 3. §. 6. *p.* 130. Neque porro cauſae ſunt, quare partum adoleſcentis non agnoſcam. Quod olim fuerat diſſimulandnm.

(6) Deſcribitur ita ſigillum AGNETIS *duciſſae Saxoniae, Angrie, Weſtphalie & comitiſſae de Bren* in DIPLOMATE 162. *p.* 241. anni clɔcccIII. Quae hiſtoria omnino debet legi. Cui iungendum exemplum aliud anno clɔccLXX. ubi HELENA mater turrix fuit Alberti II. Saxoniaeque regnatrix. Quod habetur *tom.* 2. *lib.* 4. *opuſculo* 4. *p.* 1115. 1119. Vt adeo *maternae* praeferendae ſint omni generi tutelarum.

(7) Qua de re plene planeque ad *A. B. tit.* 7. §. 4. *p.* 726. 727. *ſq.* Quod enim tot libris eſt diſputatum: *utrum in electoratibus locus ſit teſtamentariae?* illud clare conficitur, ſi fuerit oſtenſum: TESTAMENTARIAS iure clientelari prohibitas; ſed AB. excluſas eſſe ſolas MATERNAS. Quo ipſo euitatur & diſcutitur obiectio: ABullam, ſi communia clientelaria iura pro agnatis ſtant, aduerſus teſtamentarios tutores, diſpoſuiſſe de rebus ſuperfluis.

Quare certiſſima ſunt argumenta: *exulare in electoratibus* MATERNAS ex lege ABullae: TESTAMENTARIIS autem neque in his neque in aliis imperialibus clientelis locum unquam fuiſſe. In Luſatiae etiam foeminis principibus habetur MARCHIONISSA IVTTA (8) anno clↄccxcv. ſcriptoribus adhuc neglecta: licet omnino ſingulare illud ſit, in diplomatibus ſocia ſigilla habere uxores. Eſſe poſſem in *ſolo ſigillorum uſu* Doberlucenſis diplomatarii uberior: ſed ita commentarium ſcriberem, a noſtro inſtituto alienum. Certe in omnibus ſigillis eorumque deſcriptionibus SAXONIAE ducum: THVRINGIAE Landgrauionum; marchionum MISNIAE; LVSATIAE; LANDSBERGAE; comitum BRENENSIVM & LANDSBERGENSIVM: Burggrauiorum, MAGDEBVRGICI & LEISNICENSIS: Saxoniae PALATINO-

RVM-

IVTTA Luſatiae regnatrix 1295.

(8) IVTTA haec fuerat uxor THEODORICI *Landgrauii* Thuringiae & marchionis *Luſatiae* uxor. Quae in ſocietate mariti ſui ſubſcripſit diplomati, an. clↄccxc. concepto. Quod habetur *Reliquiar. tom. I. num.* 114. *p.* 160. 161. Verba eius huc facientia ſunt haec: *In teſtimonium ſigilli noſtri ſecreti & dilectae* CONIVGIS *noſtrae* IVTTE *praedictae appenſionibus roboratum.* Et in deſcriptione ſigilli: Sigillum eſt de cera glauca, praeferens imaginem quaſi mulieris ſedentis in quodam ſeſſorio ſub ciborio, quaſi duabus columnis hinc inde innixo. Et adparent duae turres. Et imago tenet quaſi ſpatulam. Et eſt circumſcriptio: S. IVTTE DEI GRATIA ORIENTALIS ET LVSATIAE MARCHIONISSAE. Sed IVTTAM hanc omittunt; iungunt alii Friderico; annum Theodorici emortualem habent 1282. Omnia cum errore, de quo conſtat fide huius ſigilli & diplomatis.

RVM: epiſcopi MISNENSIS: praeſulis WVRZENSIS; nobilium de COLDIZ, VLBVRG, SONNEVVALDE, SENFFENBERG; DAME, SMAN pluriumque aliorum; ciuitatum porro LVCKAE, MISNIAE WVRZENAE aliarumque imo ipſorum etiam PONTIFICVM & CARDINALIVM plura habent, unde hiſtoria & iura ſacra & ciuilia accipiunt lucem. Sed hoc hominum doctorum induſtriae & indagationi eſt datum, neque a nobis haec ſparta occupanda aut praeripienda lectoribus.

§. 46. Mouemus pedem ad CHRONOLOGIAM & GENEALOGIAM, corrigendam & illuſtrandam e *Doberlucenſi chartulario.* Vno fere eodemque tempore *quatuor* uolumina prodierunt de rebus LVSATICIS. Sed nullius induſtria fuit, ut principum huius marchionatus tempora emendarentur & ſtirpes connubiaque. Quod omnino fieri poſſet auxilio *Doberlucenſis diplomatarii.* Nam in illo non ſolum notantur loca & *tempora* diplomatum conceptorum: ſed etiam *maiorum* cuiusque principis. In quorum *progenitorum* animae ſalutem omnes fere tabulae nominatim ſcriptae ſunt. Obitum ALBERTI II. Saxoniae ducis ponere ſolent in anno 1308. Verum antea, anno 1301. eum fuiſſe iam demortuum, nos docet *Dober-* 3) in chronologia & genealogia.

Doberlucenſe diplomatarium (9). Ex eodem habetur IVTTA uxor Theodorici, quae pariter ignoratur (10). Eiusdem etiam marchionis obitus creditur annus CIƆCCLXXXII. uerum Doberlucenſe diplomatarium illius codicillos habet ad annum usque CIƆCCC. (11). Augiae certe ſtabulum offendit, qui in hoc ſtudii genere, Germaniae praeſertim principum eſt occupatus. Quorum hiſtoriae à ſcriptoribus pendent nullius nominis & fidei: ut adeo opus omnino ſit medica manu, aliunde non firmanda emaculandaque, quam ex diplomatibus (12).

4) uerſiones *Germanicae.* §. 48. Sed dices, quo demum fine *diplomatum Doberlucenſium* adiunxerim Germanicas uerſiones? Ego autem ex his quoque lectoribus polliceor inſignem utilitatem. Nam interpres ſeculi eſt XIV. atque XV. nomenque ideo meruit coaeui non diplomatum, ſed *diplomatum*

(9) *Reliquiarum tom. I. num.* 112. *p.* 240. 341. Vbi filius ALBERTI II. RVDOLFVS Doberlucenſibus donat *in remedium animae patris Alberti defuncti* in diplomate, anno 1301. concepto.

(10) *Reliquiarum tom. I. num.* 114. *p.* 159. diplomate anno 1295. ſcripto.

(11) Quod legi poteſt *Reliquiarum tom. I. num.* 106. *p.* 228. 229.

(12) Summe induſtrius PFEFFINGERVS rectam uiam iniit. Scripſit enim mihi menſe *Nouembr.* ann. 1719. ſe in eo nunc totum eſſe, ut *principum S. R. I. genealogias* & hiſtorias condat pandatque *diplomaticas.* Quod olim fuit noſtrum *paradoxum*, numeratum multis in *republica* inter portenta litterana idque uel ignorantia uel ſtulto contradicendi conatu.

matum. Vnde lumen iſtius aeui cum ſignificatibus uocum Romanarum, tum patriae uetuſtioris uocabulis Germanicis. Et ſane intelligitur inde, quod plura iuris uocabula amiſerimus Germani, ex eo maxime tempore, quo peregrina quaeque adſciuimus & donauimus noſtra ciuitate. Re igitur vera pauperiores ſumus in uernacula hodie, quam olim noſtri maiores. Taceo utilitates alias, expectandas ex *Doberlucenſium* diplomatum adparatu.

§. 49. Alterum DIPLOMATARIVM, quod in eodem hoc primo tomo exhibetur, eſt coenobii EILWARDESDORFFENSIS (13), adſiti *Querfordiae*, oppido celeberrimorum *dynaſtarum* huius nominis gentilitio. Audiit illud quondam MARIENCELLENSE, quod uirgini genetrici eſſet dicatum. Imo LVDESBVRGENSE ſiue *Lotherburgenſe*, cui loco olim fuerat deſtinatum. Sed malo nomen *primum*, a loco petitum, in quo demum floruit. Qui pagus eſt *Eilwardesdorffum.* Nam alterum coenobiis plurimis, diuae uirgini ſacris, eſt communiſſimum. *Vltimum* uero, cum loco deſerto, recte migrauit. Coenobitae fuerunt *Benedictinorum* ordini adſcripti. Epiſco-

EILWARDESDORFFENSE diplomatarium ab an. 1147. ad 1502.

(13) Quandoque etiam audit VLVERSTORFF *tom. I. num.* 324. p. 484. Alias formula coenobii haec fuerat: *Abt, Prior und gantze ſammlung des Cloſters Marienzell, In Eilwardsdorff ober Querfurth gelegen, Benedictiner ordens und Halberſtaetter Biſchthums,* cetera.

ſcopum habuerunt *Halberſtadienſem*; ciuilem uero *iudicem* ſiue *aduocatum* *Querfordiae* potentes dynaſtas. Fuit hoc coenobium anno clↄ Iↄ II. adhuc dum florentiſſimum, quo cenſum *Querfordenſem* aere redemit a MAGDEBVRGICO archiepiſcopo, *Erneſto* (14). Verum, *Querfordenſium dynaſtarum* ſtirpe anno, clↄ cccc xcv. in *Gebhardo* extincta (15) omne territorium QVERFORDENSE acceſſit MAGDEBVRGICO archiepiſcopatui, iure apertae clientelae & *conſolidationis*. Et licet *Eilwardesdorffenſe* coenobium epiſcopum haberet Halberſtadienſem eique eſſet in *ſacris* adſcriptum (16): tamen cum Magdeburgico archipraeſulatu *territorioque* eius ciuili paria fata habuit. Ac-

(14) Teſte contractus inſtrumento *tom. I. num.* 328. *p.* 489. 490. Quod omnino meretur legi. Partim, quod ille fuerit initus nonniſi cum ſacrorum collegarum conſenſu; partim, quod nummi uerſi in ſolutum *uictalitium* uiduae *dynaſtae Querfordenſis ultimi.*

(15) Licet, quod SPANGENBERGIVS *lib. IV. hiſtoriae Querfordenſis cap.* 44. *p.* 404. habet, an. 1396. cum *Mansfeldenſibus* comitibus pacta inita ſunt *mutuae ſucceſſionis* (erbuerbrüderung). Verum non addit, illa ab *archiepiſcopo* Magdeburgenſi, feudi domino, fuiſſe confirmata. Adeoque fruſtra *lib.* 4. *c.* 73. dolet, illa, caſu ſic ferente, non attenta fuiſſe. Sed Querfordenſia Magdeburgicis obueniſſe.

(16) Quod clare intelligitur ex ipſo diplomatario atque *tom. I. num.* 1. 3. 6. imo etiam *num.* 326. ubi anno etiam 1490. dicitur coenobium *Halberſtadienſis* epiſcopatus. Neque inconſueti iuris in Germania: alios *limites* eſſe *dioeceſeos* in praeſulatu, alios iterum *territorii.* Imo quandoque, ut hic fuerat, *territorium* eſſe epiſcopi; ſed iurisdictionem ſacram praeſulis alius. Quo uerum ordine fit, ut quandoque archiepiſcopus pareat in ſacris epiſcopo & eius decretis.

Accepitque poſtea cum *ſacris Lutheranis formam ſecularem.* Anno autem CIↃIↃC XXXV. in PRAGENSIBVS tabulis, confirmatis deinceps pace OSNABRVGENSI anno CIↃ IↃC XLVIII. *Querfordenſis* dynaſtia iterum a *Magdeburgico* territorio auulſa, nomen ac formulam accepit ſingularis ac noui in Germania PRINCIPATVS QVERFORDENSIS. Quo nomine hodieque paret SAXONIAE duci, lineae *VVeiſſenfelſenſis*: ſpe tamen conſeruata ſucceſſionis duci Magdeburgico, Saxonica ſtirpe olim exareſcente. In qua rerum conuerſione perſtitit etiam *Eilwardesdorfſium*; ſacri autem quondam collegii eius uix ſupereſt hodie aliqua memoria.

§. 50. Sunt plurima iterum, quae diſci & notari merentur ex hoc EILWARDESDORFFENSI DIPLOMATARIO. *Principio* hiſtoria *Querfordenſium* dynaſtarum (17) inde maximum accipit lumen. Quoniam monachi *Eilwardesdorffenſes* ſeduli fuerunt rogatores neque etiam infelices. Cum inde ab anno CIↃ CXLVII. usque ad annum CIↃ CCCC XC. pauca praeterlapſa ſint luſtra, quod cum *Querfordenſibus* dynaſtis illi non contraxerint, acceperintque ab illis dona, praemia, honoraria, legata. Quod omne

VSVS codicillorum in *Eilwardesdorfſenſi* diplomatario.

k 2

(17) Idque etiam ideo. Quoniam in coenobio hoc *Eilwardesdorffenſi* tumuli ac ſepulturae *Querfordenſium* dynaſtarum. Quod dicit *tom.* I. *diploma* 213. *p.* 306.

In hiſtoria Querfordenſi.

omne cum factum fuerit in litteris ac libellis, inde *Querfordenſium dynaſtarum* catalogi iuraque adaugeri poſſunt, ſaepius etiam emendari domeſticus eorundem ſcriptor, SPANGENBERGIVS. Deinde illud intelligitur non minus, quod dynaſtae *Querfordenſes* ad ſpartam uenerint BVRGGRAVIORVM *Magdeburgicorum* ſucceſſerintq; in illa, pace & beneficio archiepiſcoporum agnatorum ſuorum neque maiores fuerint BVRGGRAVIIS aliis; quorum aliqui in huius tomi diplomatibus occurrunt, *Leiſnicenſi ; Brenenſi ; Wettinenſi ; Golſinenſibus*, *Gibichenſteinenſi; Glauchenſi ; Staſſfurtenſi* ; *Kirchbergenſi*; *Donenſi; Argentoratenſi*, innumeriſque aliis. Quorum nullus uel *principalia* iura adfectauit uel petiit comitibus prouincialibus ullatenus praeferri. Imo comitatui *Brenenſi* BVRGGRAVIATVM *Magdeburgicum* poſtpoſitum fuiſſe, uſus diplomatum hic docet curialis isque perpetuus. Quid? quod manifeſto conſtat, *Magdeburgicum* & *Halenſem* BVRGGRAVIOS prouinciales fuiſſe non imperiales, imo archiepiſcopi uaſallos & officiales. Poſtquam enim anno 1136. Henricus de *Groitſch*, *Magdeburgicus* BVRGGRAVIVS deceſſiſſet improlis: archiepiſcopus CVNRADVS fratri ſuo *Burkardo*, *Querfurtenſi* dynaſtae hanc ſpartam gentilitio iure legitur contuliſſe. Verum temporum ſuperſtitione poſt-

In Magdeburgicis BVRGGRAVIIS.

Burggrauiatus a *Groitſchenſibus* an. 1136. ad *Querfurtenſes*,

poſtea factum, ut SAXONIAE DVX geſtiret audire S. MAVRITII PINCERNA & *Burggrauius.* Qui ideo utrumque munus, conſenſu archiepiſcopi, a Querfurtenſibus aere redemit. Verum anno cIↄcc xciv. Albertus Saxoniae dux hoc *ſubfeudum* in manus domini ſui, archiepiſcopi, ſolenni ritu, *refutauit* agnouitque, reddere ſe, quod ab archiepiſcopo accepiſſet. Quod ne fingere uideamur, en ipſas factae REFVTATIONIS LITTERAS, quae hae ſunt: *Nos* ALBERTVS, *dei gratia* SAXONIAE, *Angariae Weſtphaliaeque dux & comes de Brena recognoſcimus, tenore praeſentium, publice proteſtantes: quod* DIGNITATEM (alienam a principatu) *ſeu Burggrauiatum & bannum* (id eſt iurisdictionem) *eiusdem intra muros Magdeburgi* (Halenſis enim hoc longe minor, quo maius Hala Magdeburgum) *etiam in foro nouo cum omnibus pertinentiis eorundem* (neque enim extra muros urbis aliquid iuris aut iurisdictionis fuit Burggrauio, ut potius conſtet aluiſſe in prouincia archiepiſcopos plures Burggrauios alios) *quos tenuimus* (in feudum) *a venerabili domino* (feudi) *noſtro* ERICO, *S. eccleſiae Magdeburgicae archiepiſcopo* (quae igitur clarior expectari poteſt confeſſio a Burggrauio, cum ſe dicat ab archiepiſcopo tenere lege clientelari) *ac ipſum de Burggrauionatu uuarandamus & preſentibus*

ab his ad SAXONES.

Horum refutatio 1294.

bus ueramuuarandam praeſtamus, pro nobis & pro omnibus noſtris, uiuis exiſtentibus & futuris. PRESENTIBVS Decano de Welpia. &c. Plura hic non addo, cum aduerſae partis confeſſio habeatur inſtar probationum reginae a doctoribus. Illud tamen non minus huc pertinet, quod fundi Burggrauiatui quondam adnexi, *Gomeren, Ranis, Elbenau, Gottau* in Magdeburgici archipraeſulatus fuerint clientela, inſtar aliorum praediorum, eidem ſubditorum. Certo iterum argumento, Burggrauium non fuiſſe imperialem. *Praeterea* Otto M. archiepiſcopatus conditor & largitor munificentiſſimus, Magdeburgicum antiſtitem non ſolum *banno* inſtruxit *imperiali*, id eſt, omnis generis iurisdictione: ſed etiam addidit eiusdem arbitratui, ut hanc per *aduocatum Burggrauium, quem ipſe* (non imperator) elegerit ſibi ſtatueritque. Quod priuilegium omnes poſt imperatores ſuis codicillis & ſacro encauſto corroborauerunt. Vt adeo locus nullus ſit comiti aut *Burggrauio imperiali. Porro* ex diplomate archiepiſcopi WICHMANNI anno cIↃCCLXXIII. (18) diſcere licet: quod ipſe ſportulas adſignauerit Burggrauio dederitque illis modum. Quod cum ita ſit, facile cauſa intelligitur, quare

Praefectu-rae IV. annexae Burggrauiatui.

Bannum S. R. I. eſt archiepiſcopi.

Et eiusdem aduacati electio.

Apertura Burggrauiatus ſibi ad-

(18) In libello *de nummis bracteatis* ſcripto *cap. ult. p.* 267. 268. 269.

quare anno cIↄcccc xxi. quo ſtirps Saxoniae ducum Anhaldina exaruit, *Burg. grauiatum* pro *aperto* habuerint archiepiſcopi Magdeburgici eumque iure *conſolidationis* innexuerint archiepiſcopatui. Nam familiae ducali Saxoniae datus fuerat Burggrauiatus: non autem ducatui. Sed mireris, in tanta luce, rem hanc inuolutam tenebris & erroribus. Scilicet id omnino egerunt marchiones Miſnenſes, ut *Burggrauiatum* hunc facerent redderentque *imperialem* negarentque illius nexum prouincialem cum archiepiſcopatu. Ita enim fieri poſſe, crediderunt, ut eum ab imperatore, reportarent cum reliquo Saxoniae ducatu, quem ſciuerant negatum iri ab archipraeſule. Succeſſit conſilium in eo, quod *epiſtolae clientelari* Caeſar *Sigismundus* Burggrauiatum adderet. Vnde primus Saxoniae ducibus *praetextus* ad dubium faciendum Magdeburgico antiſtiti id, quod *quinque ſeculorum* lapſu habuerant ſine controuerſia & lite. Aequus cenſor aeſtimatorque nullus credidit, *Caeſaris* LITTERAS CLIENTELARES obeſſe poſſe iuribus manifeſtis potentiſſimi S. R. I. PRIMATVS. Partim, quod eius generis epiſtolae in curiis ea clauſula inſtructae eſſent, *ſaluo iure cuiusque*. Deinde incuſari illae poſſent, quod dicunt, *ſub* & *obreptionis*, praeſertim cum

rogati a *Miſnenſibus* an. 1422.

Oppoſitiones Saxonum cum eorundem confutatione.

1) quod ſit imperialis.

ſcriptae eſſent extra limites imperii in Hungaria, ubi nulla ex tabulario imperiali haberi potuit notitia. Imo cum in clientelaribus litterae uetuſtiores derogent nouioribus: facile eſſe ad intelligendum errorem, cum in prioribus de *Magdeburgico* Burggrauiatu neque uola neque ueſtigium. Et alia fuere genera querelarum. Quibus, ut aliquid obmoueretur, tum demum confiЄta & inanium ſpecie aliqua ſunt prolata ab aduerſa parte, ad defendendum: *Burggrauiatum Magdeburgenſem*, inaudito omni Germaniae exemplo, eſſe imperialem. *Principio* dixerunt, etiam *Querfurtenſis ſtirpis Burggrauios Magdeburgicos* titulis uſos eſſe: DEI GRATIA (19). Verum ex hoc ipſo diplomatario etiam illud conſtat, quod Magdeburgenſes Burggrauii ab his uerbis abſtinuerint (20); deinde exempla habent, quod an. CIↃ CCC XVII. etiam NOBILIS de SMAN, Bruno ſe ſcripſerit DEI GRATIA, (21); imo ex his ipſis illud certum, formulam DEI GRATIA Burchardum adhibuiſſe non intuitu huius Burggrauiatus, ſed potius *dynaſtiae Querfordienſis* (22), cuius domini dicti ſunt

2) titulis DEI GRATIA uſi etiam NOBILES anno 1390.

DEI

(19) Qnod patet ex *chartulario Eilwardesdorffenſi* anno 1242. Diplomate *XLIII. p.* 65.

(20) *Tom. I. reliquiarum num.* 14. *p.* 25. porro *num.* 58. *p.* 82.

(21) *Tom. I. reliquiarum num.* 189. *p.* 276. ad annum 1317. Quo etiam anno eadem formula uſi ſunt, NOS, ut habetur *num.* 190. 191. *p.* 277. 278.

(22) Quoniam BRVNO *dei gratia nobilis in Sman*, *datus* QVERNVOR-

DEI GRATIA. Praeterea BVRGGRAVIATVM NORIBERGENSEM conferre audent cum Magdeburgico, quod ille non minus ſit in ordine *principatuum*. Verum ita ſatis impudenter. Quoniam Noribergenſes Burggrauii fuere *imperiales*; ſed Magdeburgicus nonniſi *prouincialis*: deinde Noribergenſis, claro priuilegio Rudolfi I. Caeſaris, anno cIↃ CCLXXII. (23), uerſus eſt in *principatum* neque cum iniuria alicuius. Quod fruſtra dicitur de Magdeburgico. Fuerunt certe Magdeburgici Burggrauii nobiles familiae nunc de *Seeburg*; nunc de *Hardeck*; nunc de *Plözke*; nunc de *Waldeck*; nunc de *Rhez*; nunc de gente alia (24) oriundi, ut ſcilicet placuit archiepiſcopis hoc munus alicui deferre, quorum tamen nullus ad gerras eſt delapſus & figmenta alicuius in Germania principatus. Sed, dicis, litem hanc ISLEBIENSI transactione (25) compoſitam eſſe anno cIↃ-

3) Conferendum Burggrauium cum *Noribergenſi*.

Transactio Islebienſis; 1579.

VORDE Burggrauius non fuit & tamen *dynaſtiam Quernuordenſem* honeſtat hac formula *dei gratia*. Quod diploma habetur anno 1317. *num.* 189. *p.* 276. Quod etiam fecit anno 1384. Bruno alius his uerbis: Wir Brun Edler von Querefurth, von Gottes Gnaden Herr daſelbſt, uti habetur *tom. I. num.* 290. *p.* 417. atque *num.* 293. *p.* 421. porro *num.* 294. *p.* 423. anno adhuc 1393. Imo *Burggrauii* uulgares alii formula uſi ſunt *dei gratia*. Vti *Leiſnicenſis*, *Wettinenſis*, *Golſſynenſis*, *Landsbergenſis*.

(23) Diplomate, quod repetiit deinceps inſtaurauitque Carolus IV. Quae toties ab aliis recuſa.

(24) In ſingulari opere de *Burggrauiatu Magdeburgico* de ſingulis agemus ſigillatim.

(25) Quae iterum iterumque recuſa legi poreſt apud LVNIGIVM & alios. Habet omnino Saxo-

Iↄ LXXIX. poſt bella cruentiſſima: ideo fruſtraneam eſſe rei huius recordationem. Ipſe ita ſentirem, niſi anno cIↄ Iↄ CCVII. recruduiſſet lis haec quodammodo in comitiis Ratisbonenſibus. In quibus adminiſter in PRINCIPVM collegio principi ſuo adrogauit ſuffragium ſingulare, qua *Burggrauio principali* Magdeburgico. Quod dari non potuerat a MAGDEBVRGICO duce: ne crederetur, hunc olim a Burggrauio ſuo ceu *principe imperiali* dependiſſe. Quod adſertum fuerat improbum coniunctumque cum manifeſto contemtu ac deſpectu *Germaniae uniuerſae primatus*. Mandato igitur regis iuſſimus loqui diplomata in *tabulario principali*. Sed cum a conſiliis deſtiterit pars aduerſa; id tantummodo eſt cauendum, ne Vitebergenſium iureconſultorum ſcripta de *Burggrauiatu* hoc errationibus ſint patrocinio apud rerum ignaram poſteritatem.

Anaſtaſis litigii anno 1707.

Principum Saxoniae MAIESTAS.

§. 51. Sed ad gloriam SAXONICI DVCATVS illud pertinet in noſtris reliquiis, quod anno cIↄ CCCXCIV. Rudolfus uſus ſit formula & *ſigillo maieſtatis* (26). De quo

Saxonica domus, de quo ſibi in illa gratulentur. Nam praefecturae *quatuor Gomeren*, *Ranis*, *Elbenau*, *Gottau* illis conceſſae. Quibus ſtricto iure debebatur nihil poſt conſolidationem *Burggrauiatus* cum archipraeſulatu. Sed latuerunt tum temporis diplomata in tabulariis otioſa. Quorum opera facile fuiſſet ad cauſam conficiendam.

26) *Tom. I. reliquiar. num* 297. *p.* 430. Haben wir Rudolf unſer Maieſtät Ingeſiegel mit rechten Wiſſen heiſſen hangen an dieſen Brieff.

quo plenius diximus alibi (27). Praeterea SAXONIAE PALATINATVM, tempore A. Bullae non penes *Saxoniae* duces; ſed *Thuringiae* Landgrauios fuiſſe (28). Vt adeo primi *iura uicariatus* habere non potuerint qua *Palatini*; uerum qua imperii mareſchalci. Sed ego ſubſiſtere hic debeo, non ſcribere diplomatarii Eilwardesdorffenſis commentarium.

Vicariatus a PALATINATV Saxonico alienus.

§. 52. Inſperſimus, praeter *chartularia duo*, recenſita adhuc *primo* huic *tomo* diplomata alia plura, quae nobis forte in manus uenerunt. In quibus illud ualde momentoſum eſt, quod anno cIↃ CCCXXXVII. *Ludouicus Bauarus* imperator uniuerſam LITHVANIAM & RVSSIAM hoc argumento adſeruit S. R. I. quod incolae utriusque eſſent pagani, a Chriſti nomine alieni & Romanum imperium eſſet *orbis uniuerſi*. Ideoque omnes illas prouincias donauit TEVTONICO SACRAE MILITIAE ORDINI eumque *Lithuania* & *Ruſſia*, inſtar *feudorum imperialium* inaugurauit (29). Inueſtitura ualde quidem *abuſiua*. Cum aeuo cultiori referri hoc ſoleat inter fidei ac formulae chriſtianae turpiſſimos abortus & immania portenta.

RVSSIA & LITHVANIA in clientela S. R. I. anno 1337.

§. 53.

(27) In *opuſculorum miſcellor. tom.* 2. *lib.* 4. *num.* 2. *p.* 1056. 1057. Quod exemplum illis omnino addendum.

(28) *Tom. I. commentarii ad Auream Bullam tit.* 5. §. 2. *p.* 569. 571. 572.

(29) Lectu illud eſt utiliſſimum *tom. I. num.* 239. *p.* 337. 338. Non limitum imperii adaugendorum ergo, ſed ut ſuperſtitio intelligatur Ludouici IV. imperatoris. Ceteroquin a pontificiali dominatu tantopere alieni.

Matricula nobilium *familiarum.* §. 53. Tandem cum Germani plurimum ponere ſoleant in *auitis imaginibus* & nominis ac gentis cuiusque uetuſtate: eo etiam proderunt diplomata noſtra, ut inde album adaugeri, illuſtrari & emendari poſsit nobilium familiarum. Cum enim ſingulorum fere diplomatum ſubſcriptiones ſint amplisſimae numeris & nominibus nobilium uirorum: uix huius orae familia aliqua reperitur, quae non inuenerit ex ſuis maioribus aliquos. Quorum grata & glorioſa recordatio. Hoc fine *indicem* addidimus his nominibus inſtructisſimum.

Geographia diplomatica. Cui *locorum* etiam nomina iunximus ad *geographiam* ſimul habendam & adaugendam *diplomaticam.* Cuius paradoxi ueritatem illa diplomata tuebuntur, quae cuiusque dynaſtiae nunc ſacrae iterumque ciuilis deſcribunt limites ac loca ſingularia.

Venia effuſioris prooemii. §. 54. Atque haec de *reliquiarum tomo primo* eiusque recenſione. Forte *effuſior* fui, quam ratio patitur alicuius prooemii. Verum eo breuiori licebit eſſe deinceps in *tomis ſequentibus* & ſecuturis. Vbi, rei *diplomaticae ambagibus* omisſis, in quas excurrere placuit ad noſtri inſtituti commendationem, ſtatim *rerum exhibitarum* fieri poterit recenſio. Animus certe eſt, ſingulis deinceps ſemeſtribus *nouum tomum* prioribus addere. Eo enim *rerum chartarumque* ineditarum, utili omnis aeui ac doctrinae adparatu, gaudet libraria noſtra *uoluminum manuſcriptorum* ſupellex: ut *uitae meae finem* praeſentiam egomet breuiorem, quam tomum theſauri & collectionis huius ultimum. Scripſi in FRIDERICIANA HALAE in muſeoli mei inſtructiſſimis umbris DIE VIII. IDVVM MENSIS IANVARII, ANNI CIↃ IↃ CC XX

RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM,
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM ac MONVMENTORVM
ex
MVSEO LVDEWIGIANO.

NVM. I.

Priuilegium, quo conditur ac munitur eccleſia CELLAE B. MARIAE *ordinis* S. Benedicti *a* Rudolfo *epiſcopo* Halberſtadenſis *dioeceſis ann* CIↃ CXLVII.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. RODOLFVS diuina fauente clemencia, *Halberſtadenſis* ecclesie *epiſcopus*. Officii noſtri eſt, ex iniuncta nobis a Deo paſtorali cura neceſſitatibus eccleſiarum, quibus diuina ordinante clementia, quanquam indigni, preſidemus, debita ſollicitudine ſubuenire & iuſta fidelium uota paterna benignitate promouere. Igitur ex antiquioribus preſens exordium trahentes & priſtinis preſentia continuantes notum eſſe uolumus tam futuri quam preſentis eui fidelibus, qualiter nobilis quidam *Tidricus* de *Quernuorde* oriundus iamdudum ante tempora noſtra, pro ſalute anime ſue & parentum ſeu & ceterorum carorum, ſuorum quedam predia, que inferius ſubſcripta ſunt, de *propriis allodiis* ſuis *aſſentientibus* & fauentibus ſuis *heredibus* ſeruitio

Ann. 1147. Dos cenobii a Tiderico de Quernford.

A Dei

Dei deuote deputans, iuxta conſilium uenerabilis epiſcopi *Reinardi* predeceſſoris noſtri ceterorumque religioſorum virorum in honore Dei & ſancte *Marie* ſanctique *Brunonis epiſcopi* & martiris abbaciam quandam ſecundum regulam *beati Benedicti* in *Ludesburg* fundare propoſuit & huic pio operi quoadusque uixit, ſtudioſe inſudans & dominum *Fridericum nepotem* ſuum in habitu monachico poſt *arma* depoſita religioſe uiuentem fidelem cooperatorem habens firmo pacto inſtituit, ut *aduocatiam* in eadem eccleſia ſicut ipſe tenuit, ita & heredes ſui poſt ſe in perpetuum *hereditario* iure posſiderent. Cumque idem *Thidericus* uoto ſuo minus efficaciter completo diuina urgente vocatione emigraſſet & quedam nobilis matrona, nomine *Machtildis* hereditario iure ſuccedens hys ceptis nondum conſummatis uiam uniuerſe carnis ingreſſa filium ſuum *Godeſchalcum* heredem reliquiſſet, inſignis *comes Magdeburgenſis* ciuitatis *Burchardus* de prefati Tiderici *ſtirpe* in *Querenuorde* natalicia nobiliter trahens zelo pietatis eſtuans octo talentis beneficii ſui *de Magdeburg* & XIII manſis de *propria hereditate* ſua prefato Godeſcalco aſſignatis, aduocaciam in prememorata eccleſia ſibi ſuisque heredibus poſt ſe ſempiterno iure comparauit, ſalubri uſus induſtria, ut uidelicet antiqua predicti Tiderici uota cum ſuis uotis Deo commodius perſolueret & ad ordinandum diuinum ſeruicium liberius operam daret. Salutari igitur deſiderio idem comes ſalubriter flagrans, & commoditati pauperum Chriſti in poſterum ſollerter conſulere uolens, pro eo quod ſitus loci in *Ludesburc* fratribus minus erat oportunus eandem cellam in locum utilio-

Locus Coenobii Ludesburg

aduocatia *gentilitia.*

utiliorem, uberiorem & commodiorem, quem modo cellam beate Marie nuncupamus, iuxta noſtrum & noſtre eccleſie conſilium, aſſenſum & uoluntatem prenominati domini *Frederici*, necnon & domini *Godeſcalci* prioris aduocati utiliter transpoſuit & de ſtipendiis capelle ſue in *Quernnorde* quedam predia & talenta probate monete ſingulis annis perſoluentia in ſuſtentationem fratrum ibidem Deo famulantium nichilominus noſtro & plurimorum catholicorum uirorum conſilio in perpetuum deputans noſtre auctoritatis miniſterio & preſentis priuilegii ſcripto ea communiri & corroborari poſtulauit. *Nos itaque pium affectum eius pio affectu complentes*, auctoritate Dei omnipotentis, patris & filii & ſpiritus ſancti, nec non beati Petri apoſtolorum principis eiusque ſucceſſoris domini pape Eugenii & noſtra, hoc pie deuotionis inſtitutum communimus & confirmamus &, ne quis in hoc loco monaſtice profesſionis regulam in ſempiternum manſuram aliquo modo diſturbet uel inquietet, ſub anathemate interdicimus. Hanc autem eccleſiam *ſalua* noſtre *ſedis reuerentia* liberam omnino pronunciamus & in *eligendo Abbate* iuxta religioſorum uirorum conſilium *aſſenſu & conſilio aduocati* liberam eſſe fratri bus electionem decernimus, abbati uero eiusdem eccleſie iniungimus obedientie ſue curam in ſpiritualibus ſollerti uigilancia gerere, ex remora non negligere, nec quicquam de poſſeſſionibus eccleſie, preter ea, que modo *inbeneficiata* ſunt, preſumat *inbeneficiare*, ſed &, ſi quid *a beneficiali iure* in libertatem ceſſerit, in uſus eccleſie ſatagat congregare. Et hoc ſane ſciendum, quia iuxta deliberationem & uoluntatem

Priuilegium in eligendo abbate,

cum aduocati *conſenſu.*

bonis coeta nobii non infeudandis.

prememorati *comitis Burchardi* & ceterorum prudentum virorum indiſſolubili lege ſancitum eſt, ut quicunque heredum ſuorum hanc hereditatem, que eſt in *Queruorde* legittime poſſederit, etiam *aduocaciam* prefate eccleſie ſine eius contradictione posſideat. Vt ergo hec omnia poſteris innoteſcant & aput omnes ſucceſſores noſtros rata & immutabilia perſiſtant, preſentis pagine ſcripto ea futuris mandare & ſigilli noſtri impreſſione ſub uinculo anathematis confirmare

teſtes diplomatis. curauimus. *Huius rei* teſtes *ſunt* Wicmannus *prepoſitus maioris eccleſie*, Erpo *Decanus*, Conradus *camerarius & prepoſitus*, Vlricus *prepoſitus, aliique confratres eiusdem eccleſie*, Sigebodo *Abbas Ilſenburgenſis*, Eggebertus *abbas Huisbergenſis*, Burchardus *abbas Wimodeburgenſis*, Siffridus *prepoſitus Hamereslevenſis*, Enerwinus *prepoſitus in Hademersleue*, Erueboldus *prepoſitus in Stuterlingenbure*, Henricus *prepoſitus in Trubeca*, Godeſcâlcus *prepoſitus in Caldenbrune*, Reynhardus *prepoſitus de ſancto Iohanne*, Eremfridus *pater in Gerbeſtede*, Amalricus *pater in Walbeca*, *Palatinus Comes* Fredericus, *Comes* Bernhardus, Lodewicus *de Wippra*, Ludolfus *de Waltingeroth & Ludolfus filius eius*. Poppo *de Blancenborch*, Eſico *de Seburc*, Godeſcalcus *de Coloſowa*, Gunſelinus & Degenhardus *de Heinenburch, aliique quam plures*. Et ego *Alardus* notarius recognoui. *Acta ſunt hec & ad plenum confirmata in plena ſy-*

A. 1147. *Dat. Halberſtad.* *nodo noſtra in cena domini in* Halberſtad, anno dominice incarnationis M C XLVII. indictione IX V Kl Aprilis. Hec ſunt predia, que ex

Predia *Cœnobii.* oblatione domini Tidrici huic eccleſie collata ſunt: In *Storcawice* IV manſi ſoluentes duo talenta. In *Vpbuſen* & in *Lubice* manſus & dimidius

XII.

XII ſolidos ſoluentes. In *Gerendorp* IV manſi ſinguli ſoluentes XII ſolidos. Et preterea tres manſi ſoluentes XVIII ſolidos, in *Ztreuchandorp* IV manſi ſinguli ſoluentes XII ſolidos. In *Berneſtede* XVIII manſi ſinguli ſoluentes XII ſolidos. In *Gortice* XVI manſi, ſinguli ſoluentes XII ſolidos. In *Hanaclo* VI manſi ſinguli ſoluentes XII ſolidos. In *Ludesleue* tres manſi & dimidius, quorum ſinguli ſoluunt XII ſolidos. In *Liſclagesdorp* I manſus XII ſolidos ſoluens. In *Corenuorde* unus manſus, qui ſoluit XII ſolidos. In *Asleue* III manſi quorum ſinguli XII ſolidos ſoluunt. In *Slauis* duas ſiluas. In *Sandberch*, & in alio *Sandberch* 2 ſiluas. In *Ludesburch* unam ſiluam. In *Barca* unam ſiluam, iuxta Schirholt unam ſiluam. In *Accantis* unam ſiluam. Ad hec quod quosdam de *ſuis miniſterialibus* cum omni beneficio, quod poſſederunt, dominus Tidricus eidem eccleſie contulit, quos & nunc *miniſterialium* iure *beneficia* ſua quiete poſſidere ſtatuimus, iniungentes eis, ut debitum honorem & debitam reuerentiam domino ſuo Abbati & eccleſie ſue exhibeant. Hec ſunt nomina miniſterialium: *Lupoldus* & filius eius *Siffridus* IV manſos habent, *Borchardus* unum manſum, *Reinerus* dimidium manſum habet & ſiluam & pratum. Hec autem ſunt predia, que comes *Burchardus* noſtro conſilio & aſſenſu de capella ſua huic eccleſie tranſtulit. In *Gortice* II manſi ſoluentes XXIV ſolidos. In *Barneſtede* IV manſi ſoluentes ſinguli XII ſolidos. Reliqua uero idem comes in uſus ſuos recipiens pro eisdem bonis utiliora fratribus recompenſauit. In *Eilwardesdorp* XII manſos, quorum ſinguli ſoluunt VI ſolidos. Molendinum quo-

que quod ſoluit unum talentum. In *Strabeca* III manſos & dimidium ſoluentes XXXV ſolidos & pro ſolido aream & horum omnium ſumma eſt XLVI talenta & quinque ſolidi, preter beneficia miniſterialium, que abbati autem huius eccleſie ſuper eccleſia, que eſt in *Ludesburch* committimus, de diuino officio ibi celebrando, non negligenter curam agat. Ad cuius ſollicitudinem hoc ſpectare debere ſtatuimus: pro fratre Ludero *Comes Burchardus* bona VI ſolidos ſingulis annis perſoluentia eidem eccleſie contulit. *Data in Queruorde XV Kl. Iulii.* Eadem die primus abbas eiusdem noue celle *Burchardus* a multis religioſis uiris in preſentia domini epiſcopi *Rudolfi* uenerabiliter inſtitutus eſt aſſenſu & conſilio & petitione aduocati comitis *Burchardi.* Quid autem iuris in bonis eccleſie *aduocatus* habere debeat, preſenti ſcripto commendare dignum duximus, ne uel aduocato, quod ſui iuris eſt, poſtmodum ſubtrahatur, nec quicquam preter ſtatutum ab hominibus extorqueatur. De ſingulis manſis duo *maltra* frumenti & unum *anſerem* aduocatus ſingulis annis recipiat hac conditione, ut in legittimis placitis ſuis homines ſub obſeruatione quadam, vulgo dicta *Vara*, aſtare & reſpondere non cogat. Ab hoc autem ſtatuto omnes manſi quos fratres in dominicalibus ſuis in *Ekwersdorp* & in *Ludesleue* excolunt & bona miniſterialium excipiuntur. In maioribus vero exceſſibus homines deprehenſi ſub *obſeruatione* reſpondeant. Ex omnibus que placitando acquiruntur, *due* partes Abbati, *tria* uero cedant aduocato.

Electio *primi abbatis.*

Aduocati reditus.

Limites iurisdictionis.

NVM. II.

NVM. II.

Priuilegium CONRADI *imperatoris* con- cambii *facti cum domino Conrado de* Walehuſen & *ſuper noualibus in ſilua illius* AN CIƆCLI.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis CONRADVS diuina fauente clementia *Romanorum Rex ſecundus.* Notum ſit omnibus Chriſti regnique noſtri fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, qualiter nos ſiquidem Conradus diuina fauente clementia Romanorum rex ſecundus, auguſtus, petitionibus fidelium noſtrorum, *Burchardi* uidelicet *Magdeburgenſis* prefecti & *Conradi* miniſterialis noſtri de *Walehuſen* clementer annuimus & uota, in quibus ipſi pro comitandis poſſeſſionibus ſuis firma pactione conuenerant, effectu mancipare dignum duximus. Placuit ſiquidem eis de quibusdam poſſeſſionibus ſuis *concambium* facere & hoc ipſum in preſentia *regie maieſtatis* noſtre omni munimine confirmatum ſucceſſoribus eorum de cetero inuiolabiliter obſeruandum diligenter transmittere. Hoc eſt enim quod *prefectus Magdeburgenſis Conrado* contradidit poſſeſſiones ſuas in uilla que dicitur *Emeſtorff,* uiginti quatuor ſolidos ſingulis annis reddentes & quaſdam poſſeſſiones in alia uilla, que dicitur *Eiclece,* ſex ſolidos reddentes, pro quibus dedit Conradus prefecto tres manſos in uilla, que dicitur *Eilwardeſtorf* ſingulis annis reddentes decem & octo ſolidos. Quod quia in preſentia & conceſſione noſtra factum eſt, ut ratum in omne euum permaneat, decernimus &, ne aliqua

An. 1151. Praediorum inter Burggrauium *M.* & Walehuſium *permutatio.*

 pre-

preſentis uel future etatis perſona illud infringere audeat precipientes, preſentem inde paginam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Preterea conceſſimus Magdeburgenſi prefecto *Burchardo* & fratribus, qui ſunt *in Filwardeſtorf noualia* facere in propria ſilua ſua in nemore, quod dicitur *Vorſt* adhibitis teſtibus quorum nomina hec ſunt: *Harduigus* Bremenſis archiepiſcopus, *Wicmannus* Cicenſis epiſcopus, *Adhelbertus* marchio, *Conradus* Marchio. Signum domini *Conradi* Romanorum regis ſecundi. Ego *Arnoldus* cancellarius recognoui. Data *Wurceburch* anno dominice incarnationis M C LI regnante domino *Conrado* Romanorum rege ſecundo, auguſto, anno uero regni eius XIII.

Caeſaris priuilegium in noualibus.

A. 1151. Dat. Wirzburg.

NVM. III.

Priuilegium libertatis *eccleſie in* LVDESBVRCH, *qua gaudere debet abbas tam in dono* altaris, *quam in* beneficio *porrigendo. Item de commutatione ſiue* cambitione *aliquorum bonorum. Item aliquibus* decimis *datis noſtro monaſterio, ſcilicet Celle Marie datum a Halberſtadenſi epiſcopo Odelrico* CIƆCLVI.

An. 1156. Permutatio praediorum.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. ODHELRICUS diuina fauente clementia Halberſtadenſis epiſcopus. Quia iuris & officii noſtri eſt, fidelium piis uotis ſatisfacere, *cambitiones*, que facte ſunt inter eccleſias Dei, quarum una uocatur *Thrubike*, altera *Cella ſancte Marie*, cui uocabulum hoc indidit ſub anathemate uenerabilis anteceſſor noſter *Rudolfus* epiſco-

Thrubike

epiſcopus, corrobarare curauimus. Siluam & pratum pro ſex & XX ſolidis computatum & XII manſos quorum quilibet VI ſolidos perſoluit, dedit eccleſia in *Trubike* celle ſancte Marie, pro quibus recepit ab ipſa eccleſia quartum dimidium manſum in *Strobeke*, quorum quilibet *Strobeke.* perſoluit X ſolidos, a prefecto autem *Magetheburgenſe Burchardo* VIII manſos in *Wunſtede*, *Wunſtede.* quorum quilibet ſimiliter X perſoluit ſolidos. Pro his ipſe prefectus a cella ſancte Marie recepit II manſos in *Berrenſtede*, II in *Gerenthorp*, *Berrenſtede.* II in Querenuorde, quorum quilibet XII ſolidos perſoluit. Pro debito autem, quod ſingulis an- *Gerenthorp.* nis perſoluebant ex ipſis manſis *aduocato*, dedit dominus Burchardus abbas eidem aduocato decem marcas puri argenti. De duobus autem manſis illis, qui - - ſunt in *Querenuorde*, dedit *uxor* eiusdem aduocati dimidium manſum pro remedio anime ſue *hoſpitali* pauperum in Cella ſancte Marie. Eccleſia que eſt in *Ludeſleue* *Ludesleue.* dedit predicte Celle ſancte Marie dimidium manſum pro quo recepit XI iugera in *Ludesleue*. Pro tertio dimidio manſo, qui ſunt (in) uilla, que dicitur *Ellwardeſthorp*, & adiacet Celle ſancte Marie perſoluentes XV ſolidos dedit *Ellwardeſthorp.* eadem eccleſia cuidam *Bernhardo Sturmike* manſum in *Querenuorde* perſoluentem XII ſolidos. Preterea & *nos* pro ſalute anime noſtre dedimus ab eccleſia Halberſtadenſi *decimam* *Dona epiſcopi pro ſalute animae.* in *Ludesburg* celle ſancte Marie, quam tunc *Burchardus* Magdeburgenſis prefectus & eiuſdem aduocatus in *beneficio* habuit & acceptis X marcis, ut illi eccleſie conferretur, reſignaui. Quia etiam eccleſia in *Ludesburg* prior in Denis & * inter fuit, ſed poſt tranſpoſitionem ſui

ad alterum locum, qui Cella ſancte Marie uocatur, in proprio fundo qui *nemoroſus* erat, propter frequentiam *latronum* deſolari ceperat, uillam ibi fieri precepimus & eiuſdem uille curam predicte eccleſie perpetuo iure conceſſimus, inſuper & decimas in *Akkenriſen* in *Verrenſteden* & de duabus ſiluis, ſcilicet *Haneclo*, *Suthcrbolt* & decimas uinearum, quas colunt in proprio fundo fratres de cella ſancte Marie petente & reſignante eas prememorato prefecto, eorum eccleſie contulimus & ut hec rata ſint, ſub auctoritate nominis Domini & apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & domini *Eugenii* pape preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione corroborauimus. Et ne aliqua perſona magna uel parua hec temerare audeat, ſub anathemate interdicimus. Quicunque autem horum temerator extiterit, & eccleſie predicte libertatem preſumptuoſe inuaſerit, *alienus a ſacratiſſimo corpore & ſanguine domini* habeatur, & locum *Iude* traditoris perpetua maledictione ſorciatur. Huius rei teſtes ſunt, *Heinricus* eccleſie beati Stephani maior prepoſitus, *Reinhardus* prepoſitus de Beſſenleue, *Bellungus* prepoſitus ſancti Pauli, *Frietbericus* cuſtos, *Ludolffus*, *Burchardus* Magdeburgenſis prefectus, *Eſicus* de Burnenſtede, *Hoienes* de Manesfelt, *Alluericus* de Meringen, *Conradus* de Nemſten. *Data Halberſtat anno incarnationis Domini M. C. LVI. Indictione III. Idibus Ianuarii.*

Akkenriſen, Verrenſtede, Hanello, Subtierbolt.

A. 1156. Dat. Halberſtad.

NVM. IV.

Priuilegium concambii *in* AKENRISEN *datum a Romanorum Imperatore* FRIDERICO *ſemper auguſto* CIↃCCLXXI.

In no-

An. 1171. Diplomatis prooemium.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. FRIDERICVS diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Quia decet, ut noſtra maieſtas, que eſt officio functa regali, ſic imperii iudicia diſtinguat, ut ſue ſedis & honoris pia poſteris monimenta relinquat, decreuimus, ut chriſtiane religionis & dignitatis imperium, quod diuina fauente clementia regendum ſuſcepimus, tam ſollicita conſideratione munire, ut in ipſo ecclefie Dei diſpoſite plena pacis perfruantur oblectatione, quia tunc regni noſtri beata ſors omnis eſt, dum improborum felicitatem eo uſque minuerimus, ut eorum graſſanti ſtultitie in eccleſias Dei aſſpirare fas non ſit.

Conſenſus Caeſareus *in* permutatione *praediorum iuxta conſenſum* principis *territorii. Herzwinkele, Siluernbuſen, Sebuſen, Culleſtede, Waitede. Edwardeſtorp, Akkenriſen. Eilwardstorp.*

Igitur inſinuamus tam futuris quam preſentibus Chriſtiane profesſionis fidelibus, quod fidelis noſter *Burchardus* Magdeburgenſis prefectus cambitione facta cum *Herſſeldenſi* abbate *Hildeboldo*, nomine & conſentiente *Lodewigo Lantgrauio*, eiusdem eccleſie aduocato, datis quibusdam *allodiis* ſuis ſcilicet in *Herzwinkele* V manſis, in *Siluernbuſen* tertius dimidio manſo, in *Sebuſen* IV dimidio manſo, in *Culleſtule* tribus manſis, in *Waſtede* IV dimidio manſo, incepit ab eodem abbate in propriam hereditatem, que prius habebat in *beneficio* a *Lantgrauio* uidelicet decimam & ſex manſos in uilla que dicitur *Ediwardeſtorp*, & duos manſos in *Akkenriſen* & item eadem allodia ſua predicta, que dedit in cambitione *Herſſeldenſi* eccleſie recepit ab eodem *Lantgrauio in beneficio* loco *priorum beneficiorum* & hec que *cambiuit*, contulit eccleſie Dei, que eſt in *Eilwardeſtorp*, conſtructa in honore ſancte Dei genitricis & perpetue uirginis Marie, pro quibus recepit

cepit ab eadem eccleſia tertium dimidium man-
Nuſenſtede ſum in *Quernuorde*, unum in *Nuſſenſtede*, IV
Storquize. in *Storquize*, & preterea curtem & iugera ſol-
uentia tres ſolidos. Sed hec in noſtra preſentia fa-
cta ſunt, decernimus *per auctoritatem regie maieſta-
tis*, ne poſtmodum aliqua perſona preſumat ea
auſu temerario permutare, ſed per omnia ſuc-
cedentia future poſteritatis tempora rata per-
maneant & immutabilia, que ob perpetuam ſui
confimationem preſentis ymaginis noſtre ex-
preſſione corroborare curauimus adhibitis
teſtibus, quorum hec ſunt nomina: *Wicmannus*
Magdeburgenſis archiepiſcopus, *Vdo* Cycenſis
epiſcopus, *Euerhardus* Marsburgenſis epiſcopus,
Martinus Miſnenſis epiſcopus, *Rabodo* Nuenbur-
genſis eccleſie archiprepoſitus, *Lothewigus*
Lantgrauius, *Otto* marchio, *Hermannus* comes
de Orlamunde, *Thiedericus* comes de Wirbene,
Eſicus de Brunnenſtede, *Bedericus* de Verneburg,
Ingeldus de Vicenburg, *Godeboldus* de Nuen-
burg. *Signum domini* Fritherici *Romanorum
imperatoris. Ego Heinricus cancellarius recogno-
ui. Data* Nuenburg *anno incarnationis domini*
A. 1171. *M C LXXI. Indictione IV. concurrente eodem V
Dat. Naumburg.* *Kl Decembris.*

NVM. V.

Priuilegium FRIDERICI Imperatoris *ſuper noualibus & ſilua, que olim Vorſt, tum autem Hayn* CIϽCLXXIV.

An. 1174. Prologus. IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. FRITHERICVS diuina fauente clementia *Romanorum imperator* ſemper auguſtus. Quicquid nobis etatis aut temporis ſupereſt, ita diſpenſare uolumus, ut iuxta quod conſequens eſt, fideli-

fidelium petitiones benigna ſemper auctoritate firmemus. Inſinuamus itaque tam poſteris, quam preſentibus, quod uenerunt ad nos *Burchardus* Magatheburgenſis prefectus & *fratres* eccleſie Dei genitricis, que eſt in *Eilwardeſtorp*, petentes ſibi noſtro priuilegio confirmari, ut liceat eis *noualia facere* in prediis ſuis in ſilua, que dicitur *Vorſt* & adiacet caſtro, quod nuncupatur *Altſtede*, iuxta conceſſionem anteceſſoris & dilecti patrui noſtri regis Conradi. Quod libenter conceſſimus, tum quia eis hanc *iuris iuſticiam* eiuſdem uenerandi regis auctoritas defendebat, tum quia & ipſam iuſticiam pro eiuſdem regis pia memoria & pro intuitu iuſticie, ſimul & pro remedio *anime* noſtre confirmare placebat. Ordinamus ergo, & firma lege decernimus, ut abſque omni contradictione deinceps eandem obtineant iuſticiam, uſque ad hec noſtra tempora regia conceſſione conſeruatam. Scilicet ut carus & fidelis noſter *Burchardus* Magatheburgenſis prefectus & ipſius poſteri ſimul & fratres ſupra memorati in prediis ſuis in predicta ſilua *noualia* ſibi faciant & nullum impedimentum ab aliqua perſona magna uel parua penitus habeant. Vt autem hec ita ut ſunt inſtituta perpetuo perhennent, decreuit noſtri florentiſſimi imperii uerenda maieſtas preſentem paginam ſue imaginis expreſſione corroborare adhibitis teſtibus quorum hec ſunt nomina: *Wicmannus* Magatheburgenſis archiepiſcopus, *Heinricus* Dux Saxonie & Bawarie, *Otto* Brandeburgenſis marchio, *Thiedericus* comes de Witburc, *Fritbericus* comes de Kideberg. *Reinbodo* comes de Bichilingen, *Heinricus* prefectus de Liznic. *Signum* domini Friderici Romanorum impe-

Contrahentes Burchardus M. & coenobium in Eilwardestorp.

Imperatoris inuictiſſimi. Ego *Godefridus* cancellarius uice Chriſtiani Maguntini archiepiſcopi recognoui. *Acta ſunt hec anno incarnationis dominice* M C LXXIV. *Indictione VII concurrente I. Regnante* Friderico *Romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno regni eius XXII. Imperii uero XX. Data* Merſeburg *VIIII Kl. Martii feliciter. Amen.*

A. 1174. Dat. Merſeburg.

NVM. VI.

Priuilegium eccleſie EILWARDESTORP *in* LEYNBEKE *datum ab* HALBERSTADENSI *epiſcopo* THEODERICO CIↃCLXXXI.

An. 1181. Confirmatio donationis de Linbeke

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. TEODERICVS Dei gratia *Halberſtadenſis* epiſcopus. Officii noſtri debitum exigit,ut eccleſiis nobis commiſſis, quantum poſſumus,prouidere ſtudeamus. Notum igitur eſſe uolumus tam preſentis quam futuri temporis fidelibus, quod liber homo quidam *Fridericus* de *Linbeke* de *conſenſu uxoris* ſue ac legittimorum *heredum* ſuorum, eccleſiam uille ſue cum *aduocacia* & omnibus attinentibus eius monaſterio ſancte Dei genitricis *Marie*, quod uocatur *Eilwardesdorp* diuine remunerationis intuitu, pro remedio anime ſue ac coniugis & liberorum ſuorum contulit. Huius rei teſtes ſunt, maioris eccleſie noſtre canonici, *Gardolfus* Decanus, *Wernerus* prepoſitus, *Conradus* camerarius, *Romarus* archidiaconus, *Conradus* ſancte *Marie* prepoſitus & totum eiusdem eccleſie capitulum. Preterea *Godefridus* de Waggen, *Heremannus* de Reuenigge, *Heinricus*, *Arnoldus*, *Godeſcalcus*, *Lambertus* de Quernuorde & alii quam plures. *Factum eſt anno Domini* MCLXXXI. *Indictione IX. Preſidente ſancte Romane*

cum conſenſu uxoris & heredum.

Teſtes.

A. 1181.

mane eccleſie papa Celeſtino. Regnante *Heinrico* Romanorum Imperatore, anno ordinationis noſtre IX. Vt autem hec datio rata & inconuulſa permaneat in perpetuum, in uirtute ſpiritus ſancti *banno noſtro* confirmamus eam & hanc paginam teſtimonialem ſigilli impreſſione ſignauimus. *Banni comminatio.*

NVM. VII.

Priuilegium eccleſiae in DOBIRLVCH *a* THEODORICO *marchione* MISNENSI *datum* CIↃCC.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. *An. 1200.* THEODERICVS dei gratia *Miſnenſis & Orientalis marchio.* *Prooemium.* Eccleſiarum poſſeſſiones, que a uiris principibus, ſeu ab aliis quibuslibet perſonis ſub eorum poteſtate agentibus ob remedium peccatorum ſuorum locis deo ſacratis collate ſunt, facile paterent direptioni, ſi non ab eis uel heredum ſuorum ſucceſſione legitima tuerentur a uiolentia. Hac igitur uti uolentes beniuolentia tam preſentibus quam futuris notum eſſe uolumus, eccleſie in *Dobirluch*, que a predeceſſoribus noſtris marchionibus ſcilicet pie memorie patruo noſtro *Theoderico* & patre noſtro *Ottone*, itemque patruo noſtro *Thedone* fundata, ſuſtentata atque defenſa eſt, iure defenſionis, que nos pro parte hereditarie ſucceſſionis contingit, proprietatis, etiam a nobis ob euitandum eſtum aduerſitatis deberi obumbraculum defenſionis. *Confirmatio terminorum eccleſiæ in Dobirluch conſtitutorum.* *Fundatores cœnobii Dobrilucenſis.* Vt autem noſtre intentioni firmius robur accederet, de terminis eccleſie prefate, quos maiores noſtri laudabiliter ſtatuerunt, certitudinem capere uoluimus & per uiros honeſte fame, *Hertwicum* ſcilicet *Prebisk* & *Thidoldum de Belgora* ſub obteſtatione fidei, qua nobis tene- *Arbitri in definitione termi-*

norum conſtituti. Termini deſcribuntur

Iawer Wyſſock Swynſtege Mutelitz Scharischowe Borck ſeptem fontes Drezke Telniz Iamniz Wellenoz Wewerſcilz Primisniza

Adiectio nou. terminorum.

Teſtes.

tenebantur, firmam rei ueritatem cognouimus. Accipiunt itaque initium predicti termini a *Iawer* per directum *ad Wyſſok*, a *Wyſſok* per directum ad *Swynſtege* & pontes *Mudelitz* uſque ad uadum *Scharischowe*, a *Scharischowe* per aſcenſum fluuii uſque *Bork*, a *Bork* per directum uſque ad *ſeptem fontes*, a *ſeptem fontibus* uſque ad paludem *Drezke*, & diriguntur deorſum ad alueum *Telnitz* & inde ad locum qui *Iamnitz* vocatur, venientes per *Wellenoz* ad originem cuiuſdam riuuli *Wewerſcilz* deſcendunt, & cum eo uſque ad amnem *Primiſnizam* delabuntur: trans ripam uero eiuſdem fluminis *Primiſniz* octo manſos *Flandrenſes* ipſis terminis adiecimus & inde per deſcenſum eiuſdem amnis quouſque ingrediatur trocken Elſter/ ſiccam *Aleſtram*. Inde uero regreditur per directum ad priorem terminum *Iawer*. Vt autem hec noſtra & parentum noſtrorum donatio apud preſentes & poſteros prefato cenobio & inibi Deo ſeruientibus integra illibataque permaneat, preſentis pagine inſcriptione & ſigilli noſtri impreſſione & idoneorum teſtium annotatione corroborauimus. Sunt autem hy, *Bertramus* Miſnenſis canonicus, *Matheus* abbas de Cella, *Tammo* prior & *Gerardus* cellerarius ibidem, *Hermannus*, burgrauius de Hartburg, *Meynerus* burgrauius Miſnenſis, *Henricus* burgrauius de Donyn, *Gerardus* burgrauius de Greutſch, *Erkenboldus* de Grizlav, *Henricus* de Corun, *Albertus* de Dreuze, *Henricus* de Kolditz, *Herdegenus* de Lyznik, *Albertus* dapifer de Borne, *Ludoldus* de domo Grymme, *Guntherus* de Rochſperg, *Henricus* de Starmberg. *Acta ſunt hæc anno ab incarnatione domini milleſimo ducenteſimo, Indictione III in prouinciali palatio noſtro* Colmiz, *VI Kal Maii regnante* in

A. 1200. dat. Colmiz.

celo

celo & in terra domino noſtro Ieſu Chriſto.

Sigillum huic deſcriptioni appenſum eſt de *cera* uiridi, oſtendit formam *equi*, cui inſidet quaſi uir nudo capite tectus clipeo monſtrante inſignia *dominii* de *Landesberg*, habens ſcriptum in circumferentia: THEODERICVS DEI GRATIA MARCHIO MISNENSIS ET ORIENTALIS. *Sigillum.*

Verſio coaeua

NVM. VIII.

Marggrav DJTERJCH zu Meiſſen beſtätiget die Grentzen des Cloſters Dobirlug. CIↃCC.

JN dem namen der heiligen vnd vnteillichen Driualdekeit/ DJTERJCH fon gotis gnaden Marcgraue zu Myſſen und dem Oſtirlande/ Di gutere der Kirchen di von vorſten adir uon den/ di undir irre Gewalt ſyn/ durch forgebunge irre ſunde gigebn werdin heiligen ſtetin/ di wördin en gar ſchier empferrit/ enwörden ſi nicht geſchützit for unrechtir gewalt fon den ſelbin gebern adir von iren rechtin erbin/ der gutwillckeit wollin wir ouch gebruchin/ und wolln daz wizlich ſy allin den di nu ſyn adir hirnoch yn ʒʒten werden ſyn/ Daz wir der Kirchen ʒum Dobirluge/ di von unſern eldirn unſern voruarn ſeligen/ marcgrauen unſirin Vettern Ditriche/ unſerm Vatire Otten/ und abir unſern Vettern Tuten geſtiftit und ufgehaldin iſt biz her und beſchermit/ Daz wir der ouch fon rechte erblichir eyginſchaft daz uns anlangit ſchuldig ſyn ſchützunge vor ungemache und beſchermunge/ Daz nu unſe meynunge daruf geſterkit wörde/ ſo wolden wir der mal und greniʒen der ſelbin kirchin/ di unſer eldiſten löbelich ge-

An. 1200.

Prooemium.

Beſtätigung der Grentzen des Cloſters Dobirlug. Stiffter deſſelben

Schiederichter in Bezeichnung der Grentzen. Beſchreibung der Grentzen. Jauer, Wyſſoc, Swynſtige, Mutelitz Scharischow, Borck, ſieben Borne, Dretze, Telnitz, Jamnitz, Wolckenetz, Wewer, Premsnitz und Erweiterung derſelben Zeugen

ſatzt habn/ eyne ſichirheit wizzen/ und di habn wir dirkant ſon den erbarn mannen Hortwige Prebiſk und Didolden von Belgeren/di uns by den truwen/di ſi uns ſchuldig ſyn/ habn des der rechtin warheit endirrichtit. Nu nemen di grenitzin eyn begyñ von Jauer gerade uf Wyſſoc/ fon Wyſſoc gerichte uf Swynſtige und uf di brücken Mutelitz biz uf den uort Scharischow / von Scharischow daz wazzir ufwert bis kein Bork/fon Bork geruhte uf die ſüben Borne/ von den ſüben bornen biz uf das Bruch Drezke und von dannen neddirwert uf di Telnitz und von dannen gen ſi an di ſtat/di genant iſt Jamnitz und komen danne vor Wolckenez neddirwert uf den urſpring des fliezes Wewer und vallen mit dem flieze yn di Premsnitz. Ouch habn wir den ſelbin grenitzin uf yene ſyte der Premſnitz zu gigebn achte flemiſche huuen und dar von dem ſelbin wazzire neddenwert/ als lange daz iz fellit yn di trocken Elſtere und von dannen gen ſi gerade weddir uf Jauer / daz nu diſe unſe und unſer eldirn gabe dem vorgenanten Cloſtere nu und ewiclich gantz und unuorbrochin blybe/ und den di dorynne gote dienen / ſo habn diſen keynwörtigen brief mit unſerm Jngeſigil/ und mit erbarn getzügen beueſtint/ und ſint diſe di getzuge/ Bertram tumherr zu Myſſen/Matheus abt zur Celle / Tamme prior/ Gerhard kelner doſelbis / Herman burcgreue von Hartburg/ Meyner burcgraue zu Myſſen/ Heinrich burcgreue von Donyn / Gerhard burcgreue von Greutſch/Erkenbold fon Grieʒlau/ Heinrich fon Corun/ Albrecht fon Dreuzt/ Henrich fon Colditz/Herdegein von Lyznic/Albrecht truchſeze von Born / Lutold und Rambold fon dem hus zu Grymme/ Günther von Rochsberg und

und Heinrich ſon Starrenberg. Diſe ding ſint geſchen yn unſerm übirſten palas zu Colniz/ do man zalte noch gobort zwelfhundirt Jar/zwene tage vor ſente Görgin tage. *gegeben in Colniz. A. 1200.*

NVM. IX.

CONRADVS *marchio* ORIENTALIS *dirimit litem inter* MONASTERIVM DOBIRLV-CENSE & HARTPERTVM *ſacerdotem de* WARDENBRVCK *agitatam* CICCCII.

IN nomine ſanɛte & indiuidue trinitatis. CVNRADVS Dei gratia *Orientalis marchio* eccleſie ſanɛte Marie in *Dobirlug* in perpetuum. *An. 1202. Prologus.* Quoniam ſub incertis, ut ſe habet ſecularis poteſtas, rerum preterlabentium omnes fluɛtuamus euentibus, in eo potiſſimum, ut ſperamus, beate eternitatis appropinquamus portui, ſi hominum Deo ſeruientium temporali proſpiciamus tranquillitati. Ideoque preſenti atque future hominum generationi notum eſſe uolumus, quod cauſam, que inter *fratres Dobirlucenſes* & *Hartpertum* ſacerdotem de *Wardenbrucke* ſuper terminorum ſuorum diſtinɛtione uerſabatur, *ex rogatu* domini *Theoderici Miſnenſis epiſcopi* diſcutiendam atque dirimendam ſuſcipientes & bonis ſermonibus & iuſtis rationibus id elaborauimus, ut idem ſacerdos omnem querimoniam uel exaɛtionem, quam contra predictos fratres in predia ſeu terminos ipſorum haɛtenus habuerat, penitus abdicauerit. *dirimitur controuerſia ſuper terminorum diſtinɛtione agitata ſacerdote prætenſioni ſue renunciante* Nos igitur Deo largiente in patronatum eiuſdem cenobii hereditario ſucceſſimus iure, uniuerſis circumcirca terminis, quibus pie memorie patruus noſter *Theodericus marchio* ipſam eccleſiam

terminis-que & priuilegiis confirmatis a *Martino Miſnenſi* epiſcopo dotari uoluit, firmam atque perpetuam recognoſcimus libertatem eamque & priuilegii huius conſcriptione ac ſigilli noſtri impresſione roboramus. Ita ut ſi aliquis deinceps longe uel prope poſitus, fratres inibi Deo ſeruientes, aut colonos eorum in aliqua decimarum exactione ſeu querimonia pulſare ac moleſtare preſumpſerit, Dei & omnium ſanctorum ſuorum odium habeat, noſtraque & ſucceſſorum noſtrorum beniuolentia tam diu careat, donec reſipiſcat & locum ipſum in pace dimittat. Huius autem confirma-*Teſtes* tionis teſtes ſunt, *Iohannes* parrochianus de Belgere, *Euerhardus* capellanus marchionis, *Balduinus* ſacerdos, *Ludgerus* monachus de Cella ſancte Marie, *Iohannes* burgrauius de Lubin, *Reynhardus* de Strele, *Guncelinus* de Vichtenberg, *Otto* de Legendorf, *Ludgerus* de Yeſere, *A. 1202. dat: Wardenbrucke* *Heinricus* de Sirmnitz. *Anno ab incarnatione domini MCCII XV Kl Auguſti.* Acta ſunt hec in uilla *Wardenbrucke*.

Verſio coaeua

NVM. X.

Schlichtung des Streits zwiſchen dem Cloſter zu Dobirluge und Harprechten Pfarrer in Wardenbrucke CIↃCCII.

An. 1202. prooemium In dem namen der heiligen und unteillichin Drynaltikeyt. Wir CONRAD von gotis gnaden marcgraue yn dem Oſtirlande der kirchen ſente Marien tzum Dobirluge ewiclichen/ Sint daz wir alle ſwebin yn unſichern geſchichten diſer vorgenklichin dynge/ ſo hoffen wir do mit allirmeyſt zukomene zu dem ſtade der ewigen ſelikeit/

keit/iſt daz wir den lüten di gote dienen beſorgen
tzytliche geruwikeit/Hirum ſo wolln wir/daz wiz-
lich ſy alle diſer keinwörtigen und der tzu künftigen
gebort der lüte/daz wir di ſache des cryges/der
tzwiſchen den münchen vom Dobirluge/ und
herrn Hartprecht pfarrer tzu wardenbrücke Schlich-
gewaltzit hat ſon ſcheydunge wegen irre mal und tung des
grenitzen keineynendir durch bete willen des er- Streits
bern herrn Diterichs biſchoues tzu Myſſen tzu wegen der
vns gnomen tzu entſcheydene vnd tzu berichtene Grentzen
vnd habn mit guten reden vnd mit gerechten ſa-
chen dor vm geerbeytit vnd iz alſo verre bracht/daz
der ſelbe pferrer abe getretin iſt vnd hat forſachit Der Pfar-
gantz vnd gar allir clage vnd anſproche/di her biz tzu rer begibt
diſer tzyt hat gehat weddir di vorgenanten münche ſich ſeines
vnd weddir ire gütere/wenn vns denne got der her- Anſpruchs
re des gegunſt hat/daz di beſchermunge des forge-
nanten cloſtirs ſon rechten erblichin angeuelle an
vns komen iſt/ſo gebn wir vnd bekennen alle den und die
gütern die dem ſelbin cloſtere von vnſim vattirn ſe- Grentzen
ligen marcgrauen Diteriche gigebn ſyn vnd von werden be-
hern Mertyne biſchoue tzu Myſſen geeygent vnd feſtiget
geweddenit ſyn/veſtir vnd ewiger fryheit vnd be-
ſtetigen en di mit craft diſer handfeſten/ di wir mit
vnſerm Ingeſigle geſterkit habn vnd beyeſtent.
Alſo wore das ieman wore vorre adir na/der dy
münche di yn dem cloſtere gote dienen/meynte tzu
betrübene adir tzu müene mit heyſchunge tzenden/
adir mit andirn clagen adir wo mit daz were/daz
der ſal habn den haz gotis vnd alle ſyner heylgen Drohung
vnd ſal vnſer vnd alle vnſer nochkömelinge hulde des Zorns
vnd früntſchaft empern/als lange biz daz her ſyns GOttes
vnrechten weddirkumt und daz cloſtir mit fride und der
lezit und mit gemache. Diſer beſtetigunge ſint ge- Ungnade
tzuge Johannes pfarrer tzu Belgern/Ebirhard des Landes
herrn

 unſerz zeugen

unſer capplan/ Baldewyn ein priſter/ Lůdeger münch zu Celle/ Johannes burcgraue von Lubyn/ Reynhard fon Strele/Guntzil von Bichtenberg/ Otte von Leindorv/ Lůteger von Yeſer/ Heinrich fon Sermnitz/Gigebn zu Wardenbrücke noch gots gebort zwelfhundirt Jar und zwey und zwenzig Jar an dem virden tage vor ſente Marien Magdalenen tage.

gegeben in Wardenbrucke *A. 1202.*

NVM. XI.

***Priuilegium* MONASTERIO *in* DOBIRLVG *datum ab* HENRICO *marchione* MISNENSI CIↃCCIII.**

An. 1203. NOs HEINRICVS Dei gratia *Miſnenſis** & *Orientalis marchio*, Thuringorum *lantgrauius* & Saxonie* *comes palatinus*. Notum facimus uniuerſis & preſentibus proteſtamur, quod conſiderantes deuotionem monachorum de *Dobirlug*, quam circa nos & noſtros hactenus habuerunt, *Ius patronatus* eccleſie in *Wardenbrucke*, quod ad noſtram dominationem ſpectauit, ipſorum cenobio in *Dobirlug* contulimus *liberaliter* atque *pure* uolentes, ut idem cenobium idem Ius patronatus poſſideat in futurum eo iure, quo nos & noſtri progenitores idem dinoſcimur poſſediſſe hactenus. Vt autem factum preſens ſtabilitatem obtineat impoſterum, eis ſuper hoc dari fecimus in teſtimonium preſens ſcriptum *ſigilli* noſtri munimine roboratum. *Datum Miſne anno domini MCCIII VIII ydus Ianuarii*. Huius rei teſtes ſunt *Vlricus* de Pak, *Heinricus* iuuenis burgrauius in Dewin, *Boto* & *Otto* fratres de Ylburg, *Albertus* dapifer de Burne & alii quam plures.

Ius patronatus in Wardenbrucke monaſterio Doberluc conceſſum

Sigillum dat. Miſnie A. 1203. Teſtes

NVM.

Verſio coaeua

NVM. XII.

Priuilegium des Cloſters zu Dobirluge / gegeben von Henrich / Marggraven in Meiſſen und Oſterland CIϽCCIII.

WIr HEJNRJCH fon gots gnaden marc- *An. 1203.*
graue zu Myſſen vnd yn den Oſtirlande/
lantgraue zu Doringen vnd pfaltzgraue zu
ſachſin tun kunt allen lüten vnd bekennen yn diſen
ſchriften / daz wir gemerkit haben di andechtikeyt
der münche zum Dobirluge/ di ſi kegn vns vnd
den vnſern bizher gehat habn / vnd habn en mit
fryem willen vnd ledeclich gigebin daz recht
des kerchleens zu Wardenbrücke/daz zu vnſer das Recht
hand bizher gehort hat vnd wollen/ daz dazſelbe des Kirch-
cloſtir zum Dobirluge daz forgeſchreben kirch- lehens zu
len zu Wardenbrücke habn vnd beſitzen ſulle zu Warden-
ewigen zyten mit alleme rechte / als wir vnd vnſe- brück wird
re eldirn daz gehabt habn vnd beſezzin. Daz nu dem Clo-
diſe tat yn zukünftigen zyten ſtete und veſte blybe/ ſter zu Do-
ſo han wir en diſe keinwörtige ſchrift zu eym ge- berluge
tzügniſſe gigebn mit vnſerm Ingeſigel beueſtent/ gegeben.
Gigebn zu myſſen/ als man tzalte nochs gotis ge- *Sigillum.*
bort tzwelfhundirt iar / vnd dornoch yn dem drit- gegeben
ten Jare/ an dem tage der offenbarunge vnſers in Meiſ-
herren Jheſu Criſti/den man nennet Epiphania. ſen
Diſer dinge ſint getzüge Vlrich fon Pak / Hein- *A. 1203.*
rich der Junge burgraue von Dewyn/Bote und Zeugen.
Otte gebrüdere von Ylburg/ Albrecht trucht-
ſeze von Born vnd me fromer lüte.

NVM. XIII.

Priuilegium uillae EYLWARSDETORP *a*

CONRADO *epiſcopo* HALBERSTADENSI *datum* CIƆCCV.

An. 1205. Prologus. IN nomine ſanctę & indiuiduę trinitatis. CONRADVS Dei gratia *Halberſtadenſis* epiſcopus omnibus, ad quos preſens ſcriptum ueuenerit in perpetuum. Sicut ex debito noſtri officii rationabiles quoſque contractus robore auctoritatis noſtre tenemur firmare & contra uarios malignantium incurſus inuiolabiliter communire. Notum eſſe uolumus tam preſentis quam futuri temporis fidelibus, quod cum uilla *Eylwardeſtorph* ſub cura eſſet parrochie in *Ludesleue*, dilecti in Chriſto *Fridericus* abbas totusque conuentus in *Eylwardeſtorph* hanc uillam uolentes eximere a cura dicte parrochie aream unam ſue eccleſie pertinentem in *Ludesleue* ſitam conterminam aree doti uidelicet eiuſdem eccleſie de conuenientia dilecti noſtri cognati *Geuehardi* burchgrauii *Magdeburgenſis*, eiuſdem eccleſiè aduocati dicte eccleſię in *Ludesleue* rationabiliter contulerunt tali commereio ſupradictam uillam a cura huius parrochie liberantes, accedente pariter conſenſu dilecti noſtri *Ludolfi* prepoſiti *Kaldenbergenſis*, qui patronatum habet eiuſdem eccleſie & domini *Conradi* eiuſdem perſonam habentis. Huius rei teſtes ſunt *Ropertus* Huisburg, *Marſilius* Wimodeburgenſis abbates, *Ekkehardus* Rodenſis prepoſitus, *Meinhardus* & *Conradus* archidiaconi noſtre maioris eccleſię canonici, *Vlricus* ſancte Marie canonicus, *Rudolfus* parrochianus in Gatersleue, laici uero *Theodericus* aduocatus & *Heinricus* frater eius, *Heinricus* de Sman, *Lampertus* de Querenforde, *Theodericus* dapifer, *Gerardus* dapifer,

Exemtio uillae Eylwardeſtorph a cura parochiae in Ludesleue

conſentiente Ludolfo praepoſito Kaldenbergenſi & Conrado

Teſtes clerici

laici

piſer, *Berchtoldus* de Iſinſtede. *Acta ſunt hec anno dominice incarnationis MCCV indictione* *A. 1205.*
VII anno ordinationis noſtre V. Ne ergo alicuius improbitas hunc contractum calumniari imposterum, uel temeraria preſumptione audeat infirmare, *banno noſtro ſynodali* ipſum communientes hanc paginam inde conſcriptam inpreſſione noſtri *ſigilli* fecimus inſigniri.

NVM. XIV.

Priuilegium eccleſiae B. MARIAE *in* EYLWARSTORFF *a* GEBEHARDO BVRGGRAVIO MAGDEBVRG: *datum* CIↃCCVII.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. Quoniam flexibilem & inconſtantem hominum fore cognouimus memoriam, uerum etiam, que uiua uoce geruntur & teſtibus ydoneis atteſtantur, niſi ſcripto confirmentur, facile a memoria elabuntur. Notum ſit igitur tam preſentibus quam futuris, quod nos GEBEHARDVS *Magdeburgenſis burgrauius & advocatus eccleſie beate Marie in Eylwarſtorff* pro remedio anime noſtre & pro quibuſdam debitis, que eidem tenebamur eccleſie refundere, *octo maldreda frumenti aduocatialis*, que nobis annuatim de eadem ſoluebantur curia, cum reliquis appendiciis contulimus. Hec itaque ut rata & inconuulſa permaneant, *ſigillo* noſtro bulliuimus & teſtes ſubſcriptos ad maiorem confirmationem & cautelam habendam attribuimus, ut nullis heredum noſtrorum, que confirmauimus & inſigniuimus ualeat infringere. Teſtium autem nomina hec ſunt: *Fridericus* eiuſdem loci abbas & totus conuentus, *Ebehardus* prepoſitus de Rode, *Ludolfus* de Eysleibe,

Prooemium · *octo maldreda frumenti* · *Sigillum* · *Teſtes*

leibe, *Didericus* cognomine Triticum, *Lambertus* Thuringus, *Gerbardus* Seneſcalcus, *Anshelmus* eiuſdem priuilegii notarius, *Spir* oppidi filius & alii quam plures. *Acta ſunt hec in* Quernuorden *cum conſenſu omnium heredum, anno domini MCCVII IIII Idus Marcii.*

conſenſu haeredum dat. Querfurd.

A. 1207.

NVM. XV.

Priuilegium MONASTERIO DOBIRLVCENSI *a* CONRADO MARCHIONE ORIENTALI *datum* CIↃCCX.

An. 1210. Conradus marchio Orientalis

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. CONRADVS Dei gratia *Orientalis marchio*. Cum omnia, que ſub ſole geruntur, alta ſoleat ſepelire obliuio, ſicut apud nos nulla eſt aut modica priorum memoria, idem nobis de noſtris poſteris relinquitur expectandum, niſi forte in aliquibus cauſis, que ad Deum pertinent, noſtram ualeamus alligare memoriam. Proinde nos quatinus apud fratres in *Dobirlug* Deo & ſancte Marie ſeruientes *noſtra & dilecte coniugis* noſtre inibi ſepulte cotidiana ſit recordatio, in *uilla* noſtre *proprietatis*, que dicitur *Lubſch XVI manſos* cum omni utilitate ac libertate ipſis aſſignauimus. Inſuper & *partem illam*, que pro *capitali reatu & pro effuſione ſanguinis* noſtro iuri competebat, in ipſis bonis prorſus abdicauimus & abbati libenter reliquimus. *Decimam* quoque *uinee*, que eſt in *Belgora*, decimam uinee in *Zlauwrendorf* loco prefato in elemoſinam contulimus. Iſtaſque donationes idcirco & preſentis & futuri temporis inſinuamus hominibus, ut omnes eis aduerſantes ſine cauſa repellamus & a uirorum illorum impetitione arceamus. Vnde

cuius uxor in monaſterio Dobirlucenſi ſepulta eſt, donat monaſterio 16 manſos in Lubſch, item iuris dictionem criminalem, & decimam uineae in Belgora ac Slawrndorf

de, & preſentem paginam conſcribi, eamque *ſigilli* noſtri appoſitione & ydoneorum teſtium confirmatione communiri uolumus, quorum hec ſunt nomina: *Gerhardus* de Volkolderode, *Raymundus* monachus, *Iohannes* notarius noſter, *Conradus* capellanus, *Adolfus* comes de Schowenburg, *Wernerus* de Satem, *Ensfridus* pincerna, *Otto* de Pout, *Bruno* de Wyſitz & plures alii. *Acta ſunt hec in uilla* Wardenbruke *anno ab incarnatione domini milleſimo ducenteſimo decimo, indictione XIII. XV Kl Ianuarii ſub Alberto abbate feliciter.*

Teſtes

dat. Wardenbruck A. 1210.

Sigillum huic donationi appenſum habet quaſi uirum ſedentem in equo ferentem uexillum, in manu dextra habentemque mitram in capite & eſt eius circumſcriptio literis initialibus: CVNRADVS DEI GRATIA ORIENTALIS MARCHIO &c. de cera uiridi ipſum ſigillum pendens in zona ſericea.

Sigillum.

Verſio coaeua

NVM. XVI.

Priuilegium des Cloſters zum Dobirlug/ ſo es von Conrad Marggraven in Oſterland erhalten CICCCX.

JN den namen der heiligen vnteillichen Driualdekeit/ CUNRAD fon gottis gnaden marcgraue yn dem oſtirlande/ wenn a[illegible] di ding di vndir diſer ſunnen geſchen / pfligt tiefe vorgezzinheit zu begrabene/ als by vns beytinde ſyn von vnſern nochkömmelingen / Jz en ſy dan ab wir vil lychte czu ettilichen dingen die got an laygen künden vnſer getachtniſſe gehefften / hirvm durch des willen/ daz by den brüdern zum dobirluge/ di do dienen gotte vnd ſyner liebn mutir / vnſer vnd vnſer

An. 1210. Conrad Marggrav zu Meiſſen

deſſen Gemahlin im Cloſter zum Dobirlug begraben ligt gibt dem Cloſter 16. huffen zu Lubſch und das Hals-Gerichte Item den zehenden des Weingartens zu Belgern und zu Schlabern dorff Inſiegel Zeugen

vnſer liebn hußfrowin di doſelbis begrabin lyt/ tegelich gedechtniſſe ſy vnd blybe/ ſo habn wir in vn dem dorfe vnſer fryheit czu Lupſch beſcheiden vnd gigebin ſechczen hůuen mit allem nůtze vnd mit allir fryheit vnd waz wir uf denſelbin gutern rechtis hotten von halsgerichte adir von blutrůſt/ des ſyn wir dem abte abe getreten vnd demſelben cloſter gigebin als eyn almoſen den czenden des wyngarten czu Belgern vnd den czenden des wyngarten czu Slaberndorf/diſe vnſe gaben kůndigen wir den di nu ſyn vnd noch vns werden ſyn/ dorvm daz wir do mit ſtůren alle den/di weder di vorgnanten brudere ſyn wolden vnd helfin in vor anſproche allir manne vnd habn des diſen kegnwǒrtigen brief lazin ſchryben vnd den mit vnſer Jngeſigil vnd mit frommen geczůgen beueſten: vnd ſint diz ire namen/ Gerhard fon Volcolderode / Raymund můnch / Johan vnſer ſchryber/ Cůnrod vnſer Cappelan/ Adolf graue von Schowenburg/ Werner von Saten/ Ensfrid ſchenke / Otte von Pove / Brune von Wiſiczi/ vnd me vromer lute/ Diſe ding ſind geſchen yn dem dorfe czu Wardenbrůcke/ do man czalte noch Criſts gebort. czwelfhundirt Jahr vnd czen Jar / an dem andirn tage noch dem tage der heiligen Juncfrowin ſente Barbaran.

geſchehen in Wardenbrůcke A. 1210.

NVM. XVII.

Priuilegium MONASTERIO *in* DOBIRLVG *a* THEODERICO *marchione* MISNENSI *datum* CIↃCCX.

An. 1210. Theodericus mar-

IN nomine ſanctę & indiuiduę trinitatis. THEODERICVS Dei gratia *Miſnenſis* & *Orientalis* *mar-*

marchio. Licet omnium hominum paci atque ſecuritati pro noſtri ratione principatus proſpicere nos conueniat, eorum tamen tranquillitati & quieti ſollicicius intendere nos oportet, qui ſe propter Deum ab huius ſecularis uite ſequeſtrauere tumultibus, ne ſi eos indebite ab importunis & malis hominibus inquietari permiſerimus, gladium ſine cauſa portare inueniamur. Huius rei gratia notum eſſe omni homini uolumus, quod in noſtrum uoluntarium aſſenſum atque tuitionem accipimus ea, que dilectus cognatus noſter *Cunradus marchio* ad commodum fratrum noſtrorum in *Dobirlug* beniuole exhibuit, in eo uidelicet, quod eis *decimam* de *uinea*, que eſt in *Belgora* necnon & in *Zlauwrendorf* contradidit & ſuper hec in uilla, que dicitur *Lubs XVI manſos* pro *anima uxoris* ſue Deo ibidem obtulit & quicquid in ipſis manſis de *ſanguinis effuſione* ſiue de *caipitali reatu* ad eum petinuerat *abbati* reſignauit. Preterea cauſam, que inter *predictos fratres* & *Hartpertum* plebanum de *Wardenbruke* uerſabatur, ſicut ad commiſſionem domini *Theoderici Miſnenſis* epiſcopi *mediante* ipſo *marchione* coram prefato ſacerdote & fratribus de cenobio aliiſque honeſtis uiris terminata eſt, finitam eſſe conſentimus. Ita uidelicet, ut eccleſia *Dobirlucenſis* in uniuerſis terminis ac uillis ſuis & in ipſarum uillarum eccleſiis & in earum ſacerdotibus ab omni hominum pulſatione ſeu exactione immunis & libera perſeueret. Et quisquis locum preſcriptũ in cauſis quas prelocuti ſumus, inquietare preſumpſerit & noſtra & omnium, qui nobis adiuncti ſunt, amicitia & fauore careat & ſuper hoc Dei cuncta cernentis iram non effugiat, niſi a temeritate ſue ineptie

chio Miſnenſis confirmat monaſterio in Dobirlug

decimam de vincis in Belgora & Slabern dorf, item 16. manſos in Lubs & iurisdictionem criminalem, ac tranſactionem inter ipſum monaſterium & plebanum de Wardenbrucke ſalua exemptione monaſterii.

comminatio irae dei & principis

ineptie reſipiſcat, atque ut ad cor quantocius redeat, priuilegium preſens noſtrique ſigilli impreſſionem & idoneorum teſtium ſubſcriptionem reſpiciat, quorum hec ſunt nomina: *Bertramus* canonicus Miſnenſis, *Burckhardus* ſacerdos in Wardenbrucke, *Albertus* de Dreuz, *Heinricus* de Corun, *Albertus* dapifer, *Cunradus* pincerna, *Siffridus* Ditoldus, *Otto* de Legendorf, *Heinricus* Marſcalcus & plures alii. *Anno ab incarnatione domini MCCX Acta ſunt hec in uilla* Wardenbrucke *XIV Kl Ianuarii.*

Teſtes

dat. Wardenbrucke A. 1210.

Verſio coaeua

NVM. XVIII.

Priuilegium des Cloſters zum Dobirlug/ ſo es von Dieterich Marggraven in Meiſſen erhalten CIↃ CCX.

An. 1210. prologus

IN dem namen der heiligen vnteillichen dryualdekeit. DJTERJCH fon gotes gnaden Marcgraue ʒu myſſen vnd yn dem oſtirlande/ Alleyne vns wol gehöre von ſache wegen vnſers förſtentumes/ daz wir allen lüten fride vnd ſichirheyt beſorgen/ ydoch müʒen wir flyzeclichir dor uf bedocht ſyn/ daz wir den fride vnd ruge ſchaffen/ di ſich durch got geſundirt habn von der vnfuge diſſ werltlichen lebens/ vf daz/ daz wir daz ſwert icht ane ſache tragen/ is daz wir geſtaten/ daz ſi ane ſchulde von vnbeſcheydenen vnd böſen lüten gemüet worden adir betrübt/ Hirvm̃ ſo wolln wir/ daz allen lüten wizlich ſy/ daz wir unſer willecliche gunſt gigebn habn ʒu alle den dingen di vnſer liebir mag marcgraue Cunrad vnſern brüdern ʒum Dobirluge bewyſit vnd gigebn hat/ vnd nemen dy yn vnſe beſchermunge/ daz iſt der ʒende von

Dieterich, Marggrav in Meiſſen beſtetiget dem Cloſter zum Dobirluge den zehenden

Senftenberg vm̃ Achte vnd funczig mark Brandenbergiſches ſilbers vnd wi diſelbin bruder mit freyer willekör vns daz dorf uf gereichit vnd gigebn habn in vnſe hende / des han wir czu eren der heiligen gotis gebererynnen vnd Juncfrown Marien vnd czu ſelikeit der ſelen vnſer lieben gemalen Agnetin ſeliges gedechtniſſes daz ſelbe dorf mit dem gerichte imme vnd uf den velden/

mit allem Rechte Nutzen vñ Zugchorungen

di dorczu gehören vnd mit alleme rechte vnd nucze/als diſelbin bruder fon Zliewin vnd ire eldirn gehabt vnd beſezzin hobn vor alden cziten / gegebin vnd geben daz dem vorgenanten cloſter czum Dobirluge czu eym rechten freyen eigen ewicklich czu beſiczene mit akirn gewunnen vnd vngewunnen / mit hölezirn/ weſen / weyden / wegen / mit vzferten vnd ynferten / mit wezzirn/ wezzerleuften / mit mölen dy gebūwit ſyn vnd dy man noch

vnd ſaget ſich vnd ſeine Erben davon los

buwen möchte in czyten/ Alſo daz keyner vnſir erben adir vnſer nochkömmelinge an dem ſelbin dorfe Dobrasdro noch czyten icht rechtis muge doran gehabn/adir ſich vndirwynden. Daz nu diſe vnſe gabe ſtete blybe vnd behalden craft ewiclichir veſtikeit/ ſo han wir den vorgenanten Abte vnd cloſter diſen brief czu einem geczugniſſe gigebin mit vnſem

gegeben in Tarande A. 1279.

Ingeſigel bewart vnd geſterkit / Gigeben czum Tarande noch gotis gebort czwelfhundirt vnd nünvndſübinczig Jar an dem andern tage / nach ſente Franciſks tage / Diſer dinge

Zeugen.

ſind geczüge / Heinrich fon der Hyde / Hirman von Maltiz/ Friderich küchenmeiſter/ Reymbote von der Bele/ Ritter Niclaus fon Koczende vnd Petir vnſer ſchrybere vnd me vrommer lute den wol iſt czu gleubene.

NVM. XC.

Priui-

Priuilegium monaſterio Eylwardeſtorpienſi *a* Vulrado *epiſcopo* Halberſtadienſi *datum* CIↃCCLXXIX. Ann. 1279.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. VVLRADVS omnibus Chriſti fidelibus. Quia digna facta teſtibus & digne ſcripture munimine roborantur, ne ex uetuſtatis obliuione occaſio litis exſurgat. Nouerint uniuerſi, qui uiderint uel audierint preſens ſcriptum, quod *decimam* in *Lodesleuben* cum omni iure & pertinentiis uniuerſis, quam nobiles uiri *Gebehardus* & *Gerbardus* fratres de *Querworde* ab eccleſia *Herſueldenſi* deſcendentem iure feudi poſſederunt, predicta eccleſia *Herſueldenſis monaſterio* ſancte Marie uirginis in *Eylwardeſdorp* ordinis ſancti Benedicti ex prouida deliberatione propter Deum contulit perpetuo poſſidendum *pacto commutationis* ſiue *concambii* taliter interiecto, quod bona in *Ludesburg*, *uilla* uidelicet, *pomerium* unum, *piſcine* tres, *prata* tria cum multis *paſcuis*, *ſilue* tres, *Eckberg* ſilua, *Saulberg* ſilua & in *Lodesleuben* ſilua, continentes *decem* & *ſeptem manſos*, qui uulgariter *Rodebube* appellantur, in *Ludesburg* uilla octo manſi cum allodio, quod nunc eſt caſtrum, *duo manſi* & *duo talenta* cum decima ibidem, *duo chori ſiliginis* & *auene* in *Nakkenryſen* cum *decima manſi*, *ſilua una* cum paſcuis multis, inſuper *ſexaginta pulli* cum *capella* in caſtro ad idem monaſterium *Eylwardeſtorp* iure *proprietatis* pertinentia in *reſtaurum* decime, quam dicte eccleſie appropriauit, ipſo eodemque iure *proprietatis* monaſterio *Herſueldenſi* tradita remanebunt, que bona dicti fratres de *Querworde* ab eccleſia *Herſueldenſi* feudaliter poſſidebunt. In memoriam commutationis & appropriationis huius-

Vulradus confirmat monaſterio Eylward. decimam in Lodesleben

pacto commutationis acquiſitam

huiusmodi & ne factum iſtud recordationis digniſſimum ualeat impoſterum reprobari, preſentis ſcripture cedulam *ſigilli* noſtri munimine confirmamus. Huius rei teſtes ſunt *Wicberus* decanus maioris eccleſie, *Hermannus* prepoſitus, *Guntherus* uicedominus, *Geuehardus* cellerarius & alii quam plures. *Acta ſunt hec anno domini* MCC LXXIX.

Sigillum

A. 1279.

NVM. XCI.

Priuilegium de quibusdam bonis eccleſie Eylwardeſtorpienſi *a* Geuehardo *&* Gerardo *fratribus de* Querfurt *donatis & a* Vulrado *epiſcopo* Halberſtadienſi *confirmatis* CIƆCCLXXIX.

Ann. 1279.

Geuehardus & Gerardus donant eccleſiae Eylvvardeſt. quaedam bona

NOS GEVEHARDVS & GERARDVS *fratres de Querenuorde* ad notitiam omnium, quibus preſens ſcriptum peruenerit, uolumus peruenire, quod *manſum* & *dimidium* in *Gerendorp*, ſoluentem *marcam* & *dimidiam* & *manſum adiacentem* uille *Vphuſen* ſoluentem *quinque fertones* & *duos manſos decime* in *Lodesleue*, quorum annua penſio ſunt *tertius dimidius ferto*, quos dominus *Sigebodo eccleſie* in *Eylwardestorp* ſuis denariis comparauit, cum omni iuris integritate, quod in dictis bonis habuimus, eccleſie prefate contulimus propter Deum *proprietatis titulo* perpetuo poſſidendum. Horum manſorum penſiones ad honorem Dei dictus monachus decreuit, prout ſubſcribitur, aſſignandas *noſtro conſenſu* & *conſilio* accedente. *Marca* ſingulis annis dabitur ad *librorum emendationem*, *ferto* ad *lampadem*, *dimidia marca* ad *lumen* in ſanctuario, *ferto* ad *olei* comparationem in quadrageſima ad *conſolationem* fratrum

quae certis uſibus deſtinantur

trum, *ferio* cedet ad *refectionem pauperum*, qui tempore mandati in dicto loco elemoſinas acceperint augmentandam. Et ne ſuper. collatione proprietatis in dictis bonis facta impoſterum dubium oriatur, preſentem literam conſcribi fecimus noſtrorum ſigillorum appendiculis roboratam. Huius rei *teſtes* ſunt *Gerardus* miles de Sman, *Tilo* noſter notarius, *Otto* de Sman, *Alexander* noſter aduocatus & alii quam plures. *Acta ſunt hec anno domini MCCLXX.* Nos VULRADVS Dei gratia *Halberſtadenſis epiſcopus* quicquid a predictis fratribus de Querenuorde in premiſſis bonis ad honorem Dei & eius pie matris Marie factum eſt, gratis affectibus commendantes in nomine domini confirmamus, inhibentes ſub anathematis uinculo, ne donationem predictam aliquis audeat infringere, ſeu in aliquo permutare & in maiorem predictorum firmitatem ad *ſigilla* dictorum nobilium preſenti littere noſtrum *ſigillum* duximus apponendum. *Datum* Halberſtat *anno domini MCC LXXIX.*

& a Vulrado ep. Halberſtad confirmantur

dat. Halberſtadii A. 1279.

NVM. XCII.

Priuilegium de duobus manſis in Munchisdorff *monaſterio* Dobrilucenſi *a* Petro *de* Glubatzk *datis* CIƆCCLXXXV.

Ann. 1285.

NOs BODO dictus de *Ylburg* recognoſcimus & tenore preſentium proteſtamur, quod *Petrus* miles dictus de *Glubatzk* nuper defunctus commorans apud nos in *Ubegow duos manſos* in *Munchisdorf*, quos iure feodali poſſederat, a nobili uiro domino *Ottone burcgrauio* dicto de *Wittyn*, commorante in *Golſyn* religioſis uiris *abbati* & *fratribus* in *Dobirlug* ratione teſtamenti pro ſalute ſue

Petrus de Glubatzk donat monaſterio in Dobirlug 2 manſos in Munchisdorf

ab Ottone burggrauio de Wittyn feudali iure poſſeſſos, cuius filii reſignationem promittunt

ſue anime aſſignauit, quod teſtamentum *filii* dicti *Petri* & ſuus *frater*, *Otto* & *Petrus filii*, *Henricus frater* ratum habere cupientes, prefatos manſos una cum iudicio eiusdem uille, ſiquid tamen iuris in eo habere uidebantur, ad manus noſtras cum omni iure & utilitate, que nunc ineſt eisdem bonis ac infuturum ineſſe poterit, *reſignarunt*, promittentes ſe bona eadem *reſignaturos*, cum ad dominum burcgrauium predictum accedere poterunt tempore oportuno. Preterea cum unus de predictis manſis aſſignatus fuerit *ſanctimonialibus* in *indagine* & predicti fratres de *Dobirlug* ipſum pro *quatuor marcis* comparauerint, ſi quod abſit, impetitionem ſiue contradictionem ſuper eo memorati fratres de Dobirlug ſuſtinuerint, predictam pecuniam, uidelicet *IIII. marcas Fribergenſis argenti* dominus *Guntherus* miles dictus de Polſenitz & *Fridericus* dictus de Solgaſt antedictis fratribus de Dobirlug *refundere* promiſerunt. Huius rei teſtes ſunt *Iohannes* de Wittimberg, *Conradus* de Treſtewitz, *Guntherus* de Polſenitz, *Gudwinus* de Treſtwitz milites, *Th.* dictus Xynak, *Fridericus* de Solgaſt, *Henricus* dictus Ploth & plures alii fidedigni. *Datum & actum in* Ubegow *anno domini MCCLXXXV. III. idus Ianuarii.*

ob prætenſionem monialium in Hayn

fideiuſſores conſtituti

Teſtes

dat. Vbegouii A. 1285.

NVM. XCIII.

Priuilegium de duobus manſis & officio uillicationis monaſterio Dobirlucenſi *a* Petro *de* Glubatzk *per teſtamentum aſſignatis & ab* Ottone *bruggrauio de* Wettin *confirmatis* CIↃCCLXXXV.

Ann. 1285.

Conſenſus Ottonis in

NOs OTTO *burcgrauius* dictus de *Wittyn*, commorans in *Golſyn* recognoſcimus tenore preſen-

ſentium profitentes, quod duos *manſos* in *Munchiſtorf* a *Petro* milite nuper defuncto dicto de Glubatzk a nobis iure feodali poſſeſſos & ratione *teſtamenti monaſterio* in *Dobirlug* aſſignatos ipſos cum omni *iure* & *utilitate*, quibus eosdem *manſos* prefatus bone memorie *Petrus* miles a nobis poſſederat, cum officio *uillicationis*, quod fratres monaſterii dicti *Dobirlug* multis annis quiete poſſederant & ſibi ſub noſtro nomine ſupradictus Petrus fere per triennium iniurioſe uſurpauerat, ſed penitentia ductus cum predictis manſis fratribus antedictis reſignauerat, ſi quid tamen iuris in ipſo habere uidebatur, contulimus & dedimus ſine omni exactionis & ſeruitii incommodo libere perpetuo poſſidendos. Pro quo memorati fratres monaſterii Dobirlug nobis quandam *ſummam* pecunie contulerunt. Preterea eosdem *manſos* illuſtri principi, domino noſtro *Henrico Miſnenſi* & *Orientali marchioni* literis noſtris reſignauimus & manualiter reſignabimus, cum ad ipſius preſentiam oportuno tempore ueniemus. Huius rei teſtes ſunt dominus *uiceplebanus* in Golſyn, *Cuno* aduocatus noſter & *Henricus* dictus Halle & alii plures fide digni. *Datum & actum* in Golſyn *anno domini MCCLXXXV. pridie Kl. Februarii.*

donationem duorum manſorum in Munchisdorf, quos Petrus de Glubatzk monaſterio Dobriluceuſi aſſignauit, iure ſuo monaſterio collato & immunitate impertita

Teſtes. dat. Golſini A. 1285.

Sigillum eſt *triangulam* habens clipeum, in quo apparet *figura leonis* habentis in fine *caude* magnum globum acutum & eſt eius talis ſuperſcriptio: *S. Ottonis burcgrauii de Wittyn.*

Sigillum

Verſio coaeua

NVM. XCIV.

Priuilegium des Cloſters zum Doberlug/ ſo es von Otten Burggraven in Wettin

tin über 2. Huſen in Münchsdorf erhalten CIↃCCLXXXV.

Ann. 1285.

Otte verwilliget die Schenckung zweyer Huſen zu Münchsdorff, welche Peter von Glubatzk dem Cloſter zum Doberluge zur Selgerete beſchieden und übergibt dem Cloſter ſein Recht und Freyheiten

WIr OTTE genant burcgraue von Wittyn geſezzin tzu Golſſyn bekennen offinlich in diſim brieue/ daz wir zwo huuen tzu Mönchiſtorf/ di Petir von Glubatzk ritter/ der nüwlich firſcheydin iſt/ fon vns tzu lene hatte vnd ſi dem cloſtere tzum Dobirluge tzu eyme ſelgerete beſcheydin vnd gibn hat mit dem ammechte des forweſins des Dorfis/ daz di mönche tzum Dobirluge manch iar hattin in biſitzunge gehabt vnd der ſelbe Petir freuelich tzu im gitzogin hatte vnd dry Jar vndir hatte vnd geruwite en dor noch vnd gab iz mit den zweyn huuen den cloſtir weddir/ daz wir di mit alleme rechte vnd nuze/ als ſi der ſelbe Petir von vns hatte/ gigebn habn vnd tzugelegt dem egenantin cloſtir tzum Dobirluge ane alliz gidrengniſſe dinſtis adir bete ewiclich tzu beſitzin/ vnd dorvm̃ habn vns di ſelbin münche egne ſumme geldis gigebn vnd bitzalt/ Ouch han wir di ſelbin tzwo huuen dem dirlůchtindin vörſten vnſirn herrin Heinrichin marcgrauen tzu Myſſin vf gilezin mit vnſern brieuen vnd wollin ſi im mit müntlich mit der hand uf rechin/ als wir vor ſyne keinwörtikeit künen komen/

Zeugen

Diſir dinge ſint getzüge der vndirpfarrer tzu Golſſyn/ Lune vnſer voyt vnd Heinrich genant Halle vnd me vromir lüte

gegeben in Golſzyn A. 1285.

Giſchen vnd gigebn tzu Golſſyn noch gots gibort zwelfhundirt vnd fünfe vnd Achtzig Jar an dem andirn tage vor vnſer liebn vrowin tage lichtwye.

NVM. XCV.

Priuilegium de iure patronatus in monaſteri-

ſterium Doberlucenſe *ab* Henrico *marchione* Miſnenſi & Orientali *ſuſcepto ac terminis eiusdem monaſterii* CIϽCCLXXXV. Ann. 1285.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. HEINRICVS Dei gratia *Miſnenſis* & *Orientalis marchio* omnibus in perpetuum. Rationis & iuſticie conuenimur legibus, eo nos ordine ſeculi adminiſtrare miliciam, ut Deo militantium tranquillitati & paci uigilanter inſtemus, quatinus noſtre ſtatum imperfectionis ex aliorum perfectione erigamus. Proinde tam preſentium quam futurorum deſtinamus notitie, quod ad pias *petitiones* uenerabilis domini *abbatis Guncelini* cenobium *Doberluch* in noſtram ac ſucceſſorum noſtrorum *tuitionem* propter Deum iure patronatus ſuſcepimus. Inſuper & terminos poſſeſſionum, quas ſuo dilecti & pie memorie patris noſtri, patruo marchione *Theoderico* aſſignatas accepimus & eidem loco ab hominibus ueracibus & ſub fidelitatis debito per nos obſtrictis, uidelicet *Bodone* dicto aduocato de *Ylburg* & *Alberto* dapifero dicto de *Burnis*, preſentibus foreſtariis noſtris *Hermanno* ſcilicet dicto de *Promnitz* & *Schiban* militibus in *Sachun* commorantibus ex nouo diſtingui fecimus ipſos terminos lucidius declarantes. Accipiunt ita initium perdicti termini a *Iawer* per directum ad *Wizok*; qui & *Howarte* dicitur, a Wizok ſiue Howarte per directum ad *Swynſlyge* & pontes *Mutelitz* usque ad uadum *Schariſchowe*, a Schariſchowe per aſcenſum fluuii usque ad *Bork*, a Bork per directum usque ad *ſeptem fontes*, a ſeptem fontibus usque ad paludem *Drezk* & diriguntur deorſum ad alueum *Telnitz* & inde ad locum qui *Iamnitz*

Prologus

Henricus marchio Miſnenſis ſuſcipit ius patronatus in monaſterium Dobirlucenſe

noua terminorum diſtinctio & definitio

Iamnitz uocatur, uenientes per *Wellenotz* ad originem cuiuſdam riuuli *Wewer* ſcilicet deſcendunt, & cum eo uſque ad amnem *Primznizam* delabuntur. Trans ripam uero eiusdem fluminis *Primznitz octo manſos Flandrenſes* ipſis terminis adiecimus & inde per deſcenſum eiuſdem amnis, quousque ingrediatur ſiccam *Aleſtram*. Inde uero regreditur per directum ad priorem terminum *Iawer*. Proficiat itaque ad ſecuritatem domus Dobrilug atque omnium inibi Christo ſeruientium hec noſtra corroboratio cunctique fidem integram ad eos conſeruantibus fauor ſit a nobis & a Deo ſalus & benedictio. Quisquis autem terminos preſcriptos transgredi & ipſos in ſuis poſſeſſionibus anguſtare ſeu inquietare preſumpſerit, ſi commonitus non reſipuerit, quicquid meretur ſacrilegus aut iniquus iuuaſor ac predo & hic recipiat in futuro. Vt autem ampliorem accipiat uigorem noſtra confirmatio, *ſigilli* noſtri impresſionem & fidelium uirorum apponimus teſtimonium, quorum nomina ſunt hec: *Otto* dictus burgrauius de Wittyn, cancellarius noſter, Miſnenſis canonicus & archidyaconus Luſacie, *Bodo* ſenior de Ilburg, *Albertus* dapifer dictus de Burnis, *Bodo* & *Otto* fratres iuuenes de Ilburg, *Heinricus* dictus de Sydun milites & quamplures alii fide digni. *Acta ſunt hec datumque* in Dreſden *anno incarnationis dominice milleſimo ducenteſimo LXXXV, indictione 2. III. nonas Martii.*

Pœna transgreſſorum

Teſtes.

dat. Dresdae A. 1285.

Sigillum

In hac confirmatione pendet *ſigillum* magnum de cera uiridi, in quo apparet *figura uiri ſedentis* in equo habentiſque *galeam* in capite ſuo, in qua uidetur quaſi ſtipes ſtans & habens ex utraque parte tres - - tus, ſuperius uero apparet quaſi quedam *congeries* de *plumis pauonum*, ut uidetur & eſt

& eſt tectus *clipeo*, in quo apparet quaſi *leo* cum cauda comata & uidetur tenere *uexillum* in manu dextra & eſt in dicto ſigillo duplex circumſcriptio, continens hunc titulum : *Sigillum Heinrici Miſnenſis & Orientalis marchionis, Thuringorum landgrauii & Saxonum comitis palatini.*

NVM. XCVI.

Priuilegium monaſterio Dobirlucenſi *a* Friderico *marchione de* Landesberg *omnes proprietates & donationes antiquas eidem confirmante datum* CIↃCCLXXXV. Ann. 1285.

FR[illegible]ERICVS Dei gratia *marchio* de *Landesberg* uniuerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem & omne bonum. Cum ea, que fiunt in tempore, breuiter labantur a memoria, niſi literarum teſtimonio perennentur, expedit acta digna memoria ſcripturarum elucidatione ſic ſeruari integra, ut uſque in futurum circa geſta ueritatis euidentia pateat incorrupta. Ad notitiam igitur tam preſentium quam futurorum cupimus peruenire, quod precibus religioſorum uirorum & in Chriſto nobis dilectorum, domini *Guncelini* totiuſque *conuentus fratrum* in *Dobrilug*, *Ciſterti enſis ordinis*, *Miſnenſis dioceſis* inclinati, moti multimodo caritatis, hoſpitalitatis nobis pluries & omnibus tranſeuntibus indifferenter exhibito beneficio, aſſiduo & ſolemni diuinorum officio, omnes *proprietates*, *libertates* & *iura* in uillis, pratis, paſcuis, nemoribus, piſcationibus, iudiciis & quibuſcunque modis aliis, quibuſcunque etiam nominibus cenſeantur, ab illuſtri principe domino *Heinrico*, auo noſtro dilecto, *Miſnenſi marchione* & quibuſcunque aliis noſtris *progenitoribus* di-

Prologus

Fridericus confirmat monaſterio Dobirlucenſi

omnes proprietates & donationes ueteres,

cto *clauſtro* in *Dobirlug* intuitu elemoſine datas ob honorem glorioſe Dei genitricis Marie pro remedio anime & ſalutis noſtre ſubſidio ratas & gratas habentes *renunciantes* omni *iuri*, ſi quod in predictis nobis competere uidetur, dictas donationes memorato clauſtro autoritate preſentium *confirmamus*. Vt autem noſtra *donatio*, *ratihabitio* & *confirmatio* rata & inconuulſa permaneat, nec ab aliquo ſucceſſorum noſtrorum ſuper ea ſuſcitari queſtio ualeat nocitura, preſens ſcriptum deſuper conſcriptum ipſi dedimus atque damus, *ſigilli* noſtri munimine communitum. *Acta ſunt hec in* Dreſden *anno domini M CC LXXXV, nono kal. Iunii.* preſentibus teſtibus, quorum nomina ſunt hec: *Bodo* de Ylburg, *Bodo* de Turgow, *Albertus* dapifer de Burnis, *Vlricus* de Pak, milites & *Conradus* prothonotarius noſtre curie & quidam alii uiri quamplurimi fide digni.

ſuoque iuri renunciat

dat. Dresdae A. 1285. Teſtes.

Sigillum

Sigillum patet per omnia in immediate ſequenti priuilegio, excepto quod *equus* in iſto ſigillo uidetur *faleratus* & habet hanc circumſcriptionem: *S. Friderici Dei gratia marchionis de Landesberg.*

Verſio coaeua

NVM. XCVII.

Priuilegium, ſo das Cloſter zum Doberlug von Friderich Marggraven von Landesberg über die von dem Marggraven in Meiſſen Henrich u. von andern geſchenckte Güter erhalten CIↃCCLXXXV.

Ann. 1285.

Prologus

FRIDERICH ſon gotis gnaden marcgraue von Landesberg / allen ſchewern diſis brieues heyl vnd alliz gut / wenn di ding / di in der

zyt

tzyt geſchen/glyten hin mit der tzyt vz dem gedecht-
niſſe der lüte/ iz en ſy dan/ daz ſi mit ſchriften wer-
den geewigit/ ſo iſt daz wol nütze/ das di ding/ di do
werdig ſyn des gedechtniſſes der lüte/ daz man di
mit vzrichtunge der ſchrifte alſo vnuorſert bihalde/
daz di warheyt der dinge/ di geſchen ſyn/ in tzukünf-
tigen tzyten vnuorbrochin werde funden/ dorvm̃
begerin wir/ daz wizlich ſy allen keinwortigen vnd
tzukünftigen lüten/ daz vns bewegit hat manchir-
leye frúntſchaft vnd woltat/ di vns di geiſtlichen
lüte/ her Guntzil der Abt vnd di ſamenunge der
münche tzum Dobirluge/ di wir in gote lieb habn/
dicke vnd vil bewyſit habn mit irre herberge/ di ſi
vns vnd gemeinlich allin den/ di uf adir neddir tzy-
en/ dicke williclich mitte teyln vnd geteylt habn vnd
ouch daz erber gotis dinſt/ des ſi pflegen/ daz alliz
han wir an geſen/ vnd ſyn geneygit giweſt der bete
der vorgnanten geiſtlichin lüte vnd habn alle ey-
genſchaft/ vryheite vnd rechte an dorfirn/ we-
ſin/ weyden/ welden/ viſchereyen/ gerichten vnd an
andern dingen/ wi man di benennen muchte/ di von
dem irluchtenden vörſten herrn Heinriche marc-
grauen tzu Myſſen vnſerm liebn vettirn vnd von
andirn vnſern liebn eldirn/ dem vorgenanten clo-
ſtere in dem namen eyns almoſen gigebin ſint/ di
habn wir tzu lobe vnd tzu erin der erbern gotis ge-
bereryñen der heiligin Juncfrowin Marien vnd
tzu ſelikeyt vnſer ſelin gevolbortit vnd ſyn vns tzu
danke vnd wollen di ſtete haldin vnd treten abe
vnd vortzyen vns alle des rechtes/ daz wir gehat
habn/ adir noch müchten gehabn an den vorgenan-
ten gütern vnd beſtetigen alle diſe vorgenante ga-
be vnd gebunge dem cloſtir tzum Dobirluge mit
craft diſer keinwörtigen ſchrifte/ di wir dortzu mit
vnſerm Ingiſigle bewart habn vnd boueſtent/

Friderich beſtätiget dem Cloſter zum Doberlug

alles Eigenthum und alte Schenckungen

und verzeihet ſich alle ſeines Rechtes

Inſiegel

daz diſe beſtetigunge von keyme vnſer nochkomme-
gegeben in linge ſulle adir müge vorbrochin werde / Gigebn
Dresden zu Dreßden noch gots gebort zwelfhundirt
A. 1285. Jar vnd fünf vnd achzig iar an dem neſtin
Zeugen tage vor ſente Vrbans tage. Getzüge diſer
dinge ſint Bote vnd Otte von Jlburg / Bote von
Turgow / Albrecht truchtſeze von Born / Vlrich
fon Pak rittere vnd Cunradus vnſer ubirſter
ſchryber & plures alii.

NVM. XCVIII.

Priuilegium monaſtèrio Dobirlucenſi *ab* Alberto Thuringorum *landgrauio &* Saxoniae *comite palatino bona & praedia ab* Henrico *patre illi data confirmante ac iuri ſuo renunciante datum*

Ann. 1285. CIↃCCLXXXV.

Prologus ALBERTVS Dei gratia *Thuringorum landgrauius & Saxonie comes palatinus* uniuerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem & omne bonum. Cum ea, que fuerunt in tempore, breuiter labantur a memoria, niſi ſcriptis perhennentur, expedit acta digna memoria ſcripturarum elucidatione ſic ſeruari integra, ut uſque in futurum circa geſta ueritatis euidentia pateat incorrupta.

Albertus confirmat monaſterio Dobirluc. priuilegia Ad noticiam igitur tam preſentium quam futurorum cupimus peruenire, quod precibus religioſorum uirorum & in Chriſto nobis dilectorum domini *Guncelini* abbatis totiuſque *conuentus fratrum* in *Dobirluch Ciſtercienſis ordinis, Miſnenſis diœceſis* inclinati moti multimodo caritatis, hoſpitalitatis nobis pluries & omnibus tranſeuntibus indifferenter exhibito aſſiduo & ſolemni diuinorum officio, omnes *proprietates*, *libertates* & *iura*

in

in uillis, pratis, paſcuis, nemoribus, piſcationibus, iudiciis & quibuſcunque modis aliis, quibuſcunque etiam nominibus cenſeantur ab illuſtri principe domino *Heinrico* patre noſtro dilecto *Miſnenſe marchione* & quibuſcunque aliis noſtris progenitoribus dicto *clauſtro* in *Dobriluch* intuitu elemoſine datas ob honorem glorioſe Dei genitricis Marie pro remedio anime & ſalutis noſtre ſubſidio gratas & ratas habentes, *renunciantes* omni *iuri*, ſi quod in predictis nobis competere uideretur, dictas donationes memorato clauſtro autoritate preſentium *confirmamus*. Vt autem noſtra *donatio*, *ratibabitio* & *confirmatio* rata & inconuulſa permaneat, nec ab aliquo ſucceſſorum noſtrorum ſuper ea ſuſcitari queſtio ualeat nocitura, preſens ſcriptum ſuper ea conſcriptum ipſi dedimus atque damus *ſigilli* noſtri munimine communitum. *Acta ſunt hec* in Dresden *anno domini milleſimo ducenteſimo octogeſimoquinto, nono calend. Iulii*, preſentibus teſtibus, quorum nomina ſunt hec: *Bodo* de Ilburg, *Bodo* de Turgow, *Albertus* dapifer de Burnis, *Vlricus* de Pak, milites & *Mathias* prothonotarius curie noſtre & quidam alii uiri quamplurimi fide digni.

ſuper bona & praedia ab Heinrico patre eius ipſi donata, ac omni iuri ſuo in eadem renunciat. dat. Dresdae A. 1285. Teſtes

Huic confirmationi appenſum eſt in *corda ſericea* ſigillum de *glauca cera*, habens ymaginem quaſi *uiri ſedentis* in equo gladio ſuccincti, cuius corpus tegit *clipeus* preferens *leonem* cum cauda comata, habetque ymago illa quaſi galeam in capite cum *inſigniis principatus Thuringie* & uidetur quaſi tenere *lanceam* in dextra, a qua dependet uexillum per retro ymaginem illam, in cuius ſigilli circumferentia titulus iſte inicialibus literis expreſſus uidetur: *Albertus Dei gratia Thuringorum lantgrauius ac Saxonie comes palatinus.*

Sigilli deſcriptio.

Verſio coaeua

NVM. XCIX.

Priuilegium, ſo das Cloſter zum Doberlug von Albrecht Landgraven in Thüringen und Pfaltzgraven in Sachſen über die von ſeinem Vater Henrich ihm geſchenckte Güter erhalten

Ano. 1285. CIↃCCLXXXV.

Prooemium

ALBRECHT fon gotis gnaden Lantgraue zu Duringin vnd Pfaltzgraue zu Sachſen allin/di diſen Brief ſen/heyl vnd alliz gut. Sint daz di ding/di do geſchen in der zyt ſnellich glyten vom gedechtniſſe/ iz en ſy dann daz ſi geewigit werdin mit ſchriften/dorvm̄ iſt iz wol nütze/daz man di ding/der man gedenckin ſal/mit vzwiſunge der ſchrifte/gantz behalde biz zu zukünftigen zyten vnd vnuorſerit/hirvm̄ begeren wir zu wizzene alle/di nu ſyn/adir zu zyten hirnoch werden ſyn/daz wir geneygit geweſt ſyn zu der bete der geiſtlichin/di vns in Chriſto lieb ſyn/herrn Güngels des abtis vnd der gantzin ſamenunge zum Dobirluge des grawen ordens in dem biſch zu Myſſen vnd ſyn dortzu bewegit geweſt fon manchirleye liebe vnd fruntſchaft/di ſi vns vnd allin den/di vor ſi uf vnd neddir zien/mit irre herberge dicke vnd vil bewyſit habn vnd ouch durch willen des erlichen gotis dinſtis/des ſi ſtetlich pflegin/alle eygenſchäfte/ fryheiten vnd Rechte an dorfern/an weſin/weyden/ welden/ viſcheryen/ gerichten vnd an allin andern dingen/mit welchin namen man di benennen müchte/di dem cloſter zum Dobirluge gigebn ſyn als ein almoſen von dem erlüchtinden vörſten vnſerm liebn vatere herrin herren marcgrauen zu Myſſen

Albrecht bekräftiget dem Cloſter Doberlug ſeine priuilegia über die Güter und Rechte die ſein Vater Landgr. Heinrich dem Cloſter ertheilet hat

Myſſen vnd von andirn vnſern eldirn/ daz vns di zu dancke ſyn vnd wollen die ſtete halden vnd zu eren der muter gotis der heiligen Junefrowin Marien vnd vnſer ſelen zu troſte vnd zu ſelikeit/ſo tretin wir abe vnd vorzyen vns alle des rechtis/ daz wir an den vorgnanten cloſtern gûtern mûchten gehabn/ adir vns mûchte angelange vnd beſtetigen mit craft diſſ brieues dem vorgenan. cloſter alle diſe vorgeſchreben gaben; Vnd daz nu diſe vnſe gebunge/ ſtetehaldunge vnd beſtetigunge veſte vnd vnuorbrochin blybn vnd daz fon keyme vnſer nochkômelynge icht uf ſthe ſchodeliche anſproche/ ſo gebn wir vnd habn gigebin dem cloſter diſe keynwortige ſchrift/ di dorûber geſchrebn iſt mit getzûgniſſe vnſers Ingeſigils beueſtint/ Diſe ding ſint geſchen zu Dreßden / do man zalte noch Criſts gebort zwelfhundirt Jar / dornach in dem vûmf vnd achzigiſten Jare an dem abinde ſente Johannis des teufers als her geboren wart/ hi ſint by geweſt / der namen hi geſchrebn ſten als getzûge / Bote von Ylburg / Bote von Tûrgow / Albrecht Truchtſeze von Born/ Vlrich fon Pak/ rittere vnd Mathias vnſers houes ûbirſter ſchryber vnd me gutir lûte / den wol iſt zu gleubne.

und verzeihet ſich alles ſeines Rechts, das er an denſelben hatte

Inſiegel gegeben in Dresden A. 1285.

Zeugen

NVM. C.

Priuilegium de manſo in Varneſted *ſito Eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi *a* Gerardo *de* Querfurt *donato* CIↃCCLXXXV.

Ann. 1285.

EGo Gerardvs de *Querenforde* omnibus preſentem litteram inſpecturis cupio fore notum, quod *manſum unum* ſitum in *Varnſtede* ſoluentem *tertium dimidium fertonem* annue penſio-

Gerardus de Querfurt unum manſum donat

 nis,

nis, quem dominus *Iacobus* de *Crumpe* a me in *feodo* poſſidebat, habens in manu mea per reſignationem dicti militis liberum & ſolutum, eccleſie beate Marie in *Eylewardeſtorp* contuli cum omni iure *proprietatis* titulo perpetuo poſſidendum. Hac conditione appoſita, ut dicti manſi penſio ſacerdoti, qui altare beati *Iacobi* conſtructum apud infirmariam officiauerit, deſeruiat in ſui laboris remedium & ſolamen, prouiſo tamen, ut dominus abbas dicti monaſterii ad dictum altare ſacerdotem inſtituat, qui uidebitur expedire. Et ne ſuper collatione manſi prefati impoſterum dubium aliquod oriatur, preſentem litteram ſuper eo feci mei *ſigilli* munimine roborari. *Acta ſunt hec anno MCCLXXXV. cal. Iulii.*

(Margin: eccleſiae Ey'vvardeſtorp. — Sigillum A. 1285.)

NVM. CI.

Priuilegium monaſterio Dobirlucenſi *ab* Ottone *comite de* Bren *octo manſos & duas curias ei uendente datum* CIↃCCLXXXV.

(Margin: Ann. 1285.)

Prologus

IN nomine domini amen. OTTO Dei gratia *comes* de *Breu* omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis in perpetuum. Cum ea, que ex ordinatione procedunt humana, proceſſu temporis ſcrupulus tollat obliuionis, neceſſe eſt, ea ſcriptis commendari & proborum uirorum teſtimonio comprobari. Notum ergo eſſe uolumus tam preſentis quam futuri eui fidelibus, quod proprietatem, quam in uilla *Schakow* ſuper *octo manſos* & *duas curias*, que uulgariter *Cotſezzin boue* dicuntur, habuimus & ſi qua alia in eadem uilla uel in agris, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus ſeu piſcationibus habuimus,

(Margin: Otto donat monaſterio Dobirlugenſi octo manſos & duas curias in uilla Schakovv)

mus, uel habere uidebamur, cum omni *iure* & *utilitate proprietatis* religioſis uiris, uidelicet domino abbati *Guncelino* & *conuentui* monaſterii *Dobirlug* pro *quinquaginta marcarum Fribergenſium argenti* de unanimi *conſenſu* dilecti fratris noſtri *Cunradi* omnia uendidimus & donando tradidimus perpetuo libere poſſidenda. Ita quod nullus heredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum uel aliquis hominum in predictis bonis impoſterum aliquid iuris ſibi ualeat uendicare. Predictorum autem octo manſorum *tres* habuit a nobis *iure feodali Albertus* miles dictus de Bele, quo mortuo predicti tres manſi abſolute cedent monaſterio antedicto. Item uenerabilis *matrona* - - - de eiſdem VIII. manſis *quinque* habuit titulo *dotis*. Predictos homines a noſtro abſoluimus homagio uolentes, ut pro eiſdem bonis homagium faciant eccleſie ſepedicte. Preterea omnia *priuilegia* & *donationes* a progenitoribus noſtris fratribus prememorati monaſterii ſuper bonis ab eis comparatis & omnibus aliis libertatibus tradita *confirmamus* & *rata* nos ea habere proteſtamur publice profitentes, quod ſiquid iuris in exaccionibus, petitionibus, ſeruiciis uel undecunque poſſent predicti fratres grauari, habere uidebamur, deuoto animo predicte eccleſie liberaliter *reſignamus*. Ita quod nec nos nec aliqui ſucceſſorum noſtrorum aliquas exacciones, petitiones uel quelibet ſeruicia exigemus, uel a noſtris exigere permittemus, unde predicti fratres & eorum homines aliquatenus ualeant contriſtari, ſed in omnibus noſtre tuitionis ac defenſionis auxilium ipſis impendere permittimus bona fide. Vt autem hec donatio noſtra rata permaneat & robur obtineat perpetue firmitatis, eandem paginam ſu-

pro 50. marcis conſentiente fratre Alberto

Renunciatio comitis

I 5 per

per premiſſis confectam predictis abbati & conuentui memorati monaſterii dari fecimus in teſtimonium *ſigilli* noſtri munimine roboratam. *Datum & actum* Zliwin, *anno domini MCCLXXXV. pridie nonas Iulii preſentibus teſtibus infraſcriptis*, quorum nomina ſunt hec: *Bodo* de Ylburg, *Bodo* de Turgow, *Albertus* de Cynna, *Cunradus* dictus Pyl, milites, *Cunradus* noſtre curie notarius & alii honeſti uiri quamplurimi fide digni.

dat. Zliwini A. 1285. Teſtes

Sigillum

In ſigillo in hoc priuilegio pendente expreſſus eſt *clipeus* cum *tribus foliis lacualibus* & ſuper clipeum galea, in cuius cono ſtant *tres ligature* de pennis pauonum, ut apparet & hic eius titulus: *Sigillum Ottonis dei gratia comitis in Bren.*

Verſio coaeua

NVM. CII.

Priuilegium ſo das Cloſter zum Doberlug über acht Huven und zwey Höfe zu Schackaw / die es von Otten dem Graven zu Bren gekauft / von gemeldeten Graven erhalten CIƆCCLXXXV.

Ann. 1285.

Prooemium

In dem namen des herren. Amen. OTTE von gotis gnaden graue zu Bren allen criſten gleubigen lüten ſcheuwern diſſ brieues ewiclich. Wenn der zwyuel der vorgezzinheit dicke hin nemt di ding / di von menſchlichir ordenunge komen ſyn mit der zit / ſo iſt des not / daz man ſi der ſchriften beuele vnd mit fromer lüte gezüge bewere / Hirvm wollen wir / daz wizlich ſy allen keinwörtigen vnd zukünftigen lüten / daz wir di eygenſchaft / di wir gehat habn in deme dorfe Schakow übir achte huuen vnd zwene höue / di man nennet kotſezzin höue vnd waz wir gehat habn in demſelbin

Otte Grav in Brene ſchencket dem Cloſter zum Doberlug 8. Hufen

ſelbin dorfe/ iz ſy an ackern/ an puſchen/ weſin/weyden/wazzirn/wazzirleuften adir an viſcheryen/daz wir daz firkouft habn mit alleme Rechte vnd nutze vnd eygenſchaft den geiſtlichen lüten hern Güntzele dem Abte vnd der ſamenunge des cloſtirs tzum Dobirluge/ mit eyntrechtigem willen vnd gunſt vnſirs bruder hern Cunrads/vm̄ funftzig marg Frybergiſch ſilbers vnd habn en daz gigebn ledeclich mit gantzir vryheit tzu beſitzen/ alſo daz keyner vnſer erben adir nochkömelinge müge recht gihabn an denſelben gutern hir noch in tzyten/ adir ſich vndirwinden/ der vorgeſchrebenen huuen hat her Albrecht fon der Bele/ritter/dry von vns gehabt tzu lene/wan der geſterbit/ſo geuallen di dry vorgenanten huuen ledeclichen an daz forgenante cloſtir/di andern fünf huuen hat di erber frowe * * * tzu eyme lybgedinge vnd di lüte lazin wir alle der huldigunge ledig vnd los vnd wollen daz ſi von den ſelbin Huldunge tun ſullen dem vorgenanten cloſtir. Dorübir bekennen wir offenlichin/ daz wir alle brieue vnd handfeſtin/ di vnſe eldern dem vorgenanten cloſtir gigebn habn über di gütere/ di ſi denſelbin brüdern vorkouft habn/ beſte tigen vnd veſte halden wollen vnd waz rechtis gehat habn an den vorgenanten gütern von geſchezze/ von bete/ von dinſte adir wovon daz müchte geſyn/ do di ſelben brüdere müchten von beſchwert werden/ daz lazin wir alliz uf mit innegem hertzen vnd mit rechtir fryheit der vorgenanten kirchen/ alſo daz noch keynre vnſer nochkömelinge keinerleye geſchoz/ noch bete/ noch dinſt ſullen wollen nummermer geheyſchen/ noch den vnſern geſtaten tzu heyſchene / do von diſelbin brüdere adir me lüte betrübit müchten werden in keyne wys/Sunder wir globn en in guten truwen/do wir en helfin vnd

umb 50. Marck

welche Albrecht von der Bele gehabt

Verzicht des Graven

vnd ſchützin vnd beſchermen wollen in alle wys. Daz nu diſe vnſe gebunge ſtete vnd ewiclich feſte blybe / ſo han wir dem Abte vnd der ſamenunge des egenanten cloſtirs zum Dobirluge dorübir gi-
Inſiegel gegeben zu Zliwin gebin diſen brief mit vnſerm Jngeſigel zu eym ge- zügniſſe bewart vnd geſterkit / Gigebn zu Zliwin / do man zalte noch gots gibort zwelfhun-
A. 1285. dirt vnd fünf vnd Achzig Jar an dem ach- ten tage noch ſente Petirs vnd ſente Pawls
Zeugen tage. Diſer dinge ſint getzüge Bote von Ylburg / Bote von Turgow / Albrecht fon der Cynnen / Cunrad Pyl rittere / Cunrad vnſes houes ſchry- ber vnde fromer lüte gnuk / den wol iſt zugleubene.

NVM. CIII.

Teſtimonium de controuerſia inter monaſterium Dobirlucenſe *&* *plebanum in* Dobir *a* Ioanne *eccleſiae* Miſnenſis *canonico compoſita* CIↃCCLXXXV.

Ann. 1285.

Teſtimonium Iohannis de ſopita monaſterii Dobrilucenſis & plebani in Dobir controuerſia certis conditionibus

NOs IOHANNES Dei gratia *Miſnenſis eccleſie canonicus*, *Luſatie archidyaconus* tenore preſentium profitemur, quod uenerabilis pater dominus *Guncelinus* abbas in *Dobirlug* & *Iohannes plebanus de Dobirlug* cum patre ſuo *Thimone* & patruo ſuo *Ortwino* in noſtra preſentia conſtituti, ſuper quadam eccleſia nouiter edificata de *licentia* domini *Miſnenſis* epiſcopi ſpeciali in uilla ſcilicet, que uocatur *Dobirſtrow*, que antea iure parrochiali ad predictam uillam *Dobir* pertinebat, ſopita totaliter diſcordia, que inter eos pro predicta nouiter eccleſia habebatur, taliter *concordarunt*, quod uidelicet ſupradictus *plebanus* de *Dobir* in iam dicta uilla de quolibet manſo, id eſt de *XIIII manſis* habebit *modium ſiliginis* & *lotonem* argenti breuis mone-

monete & totidem *pullos* & totidem *manipulos* lini, qui uulgariter *Izwydik* dicuntur & de communi uilla *dimidium modium papaueris* & *tantum de milio* & *talentum cere*. Item in adiacente uilla, que *Nuſſedil* dicitur, de *XII manſis* predictus plebanus habebit *XII modios ſiliginis* ſingulis annis tempore oportuno. Veruntamen predictus plebanus & ſui ſucceſſores omnes impoſterum *bis in ebdomada*, id eſt in die dominico & VI feria uel alio die congruo *miſſam celebrabit* in predicta uilla *Dobirſtrow* & remoto ſemper omni impedimento predictarum uillarum hominibus ſacra eccleſiaſtica miniſtrando. Preterea predictus plebanus & omnes ſui ſucceſſores predictam eccleſiam in *Dobirſtrow* more beneficiorum in *Dobirlug* ſuſcipient ab abbate. Vt autem hec omnia ſupraſcripta ſemper maneant inconuulſa & maius robur obtineant firmitatis, ab utraque parte rogati preſenti carte noſtrum *ſigillum* duximus apponendum preſentibus teſtibus, quorum nomina ſunt hec: dominus *Arnoldus* dictus de Polſnitz Miſnenſis canonicus, *Siffridus* plebanus in Calow, magiſter *Ionas* uiceplebanus in Cothebuz, *Iohannes* plebanus in Slaberndorf, *Fridericus* capellanus noſter, frater *Heinricus* cellarius in Dobirlug & alii plurimi fide digni. *Datum & actum in* Calow *anno domini MCCLXXXV. idus nouembris.* Teſtes A. 1285. dat. Calouii

Sigillum in litera pendens *rotundum* eſt, in quo apparent *ymagines* beatorum *Petri* & *Pauli* quaſi ſtantes in quodam decenti ſubſellio. In quorum medio ſtat *ymago* beate uirginis, baiulans *puerum* in brachio ſiniſtro & ſub dicto uidetur quedam parua *ymago* quaſi *hominis orantis* & habet *duplicem ſperam* ſubſcriptionis, que talis eſt: *S. Iohannis Dei gratia canonici Miſnenſis, archidyaconi* Sigillum

coni Luſacienſis & cantoris eccleſie Merſeburgenſis.

NVM. CIV.

Priuilegium monaſterio Dobrilucenſi ***a*** Bodone ***&*** Ottone ***ſenioribus,*** Bodone Ottone ***&*** Ottone ***iunioribus aduocatis de*** Ylburg ***datum*** CIↃCCLXXXVI.

Ann. 1286.

Prooemium

NOs BODO & OTTO ſeniores, BODO OTTO & OTTO iuniores *aduocati* dicti de *Ylburg* uniuerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis in perpetuum. Quoniam hominum geſta proceſſu temporis labuntur a memoria, induſtrium uirorum iudicio placuit, ea ſcripture teſtimonio perennari. Ad notitiam igitur tam preſentium quam futurorum hominum uolumus peruenire, quod frater *Meynhardus* magiſter grangie in *Grawitz*, ex parte domini abbatis *Guncelini* & ſui *conuentus* in *Dobirlug* quandam peciam terre, *decem & nouem iugera* continentem, que pecia uulgo *Vrweyde* dicitur, apud *Fridericum* dictum de *Weſenic* pro *uiginti* & *octo marcis Frybergenſis argenti* iuſto hinc inde emptionis & uenditionis titulo interueniente comparauit. Nos itaque poſt liberam reſignationem eorundem bonorum a *Friderico* memorato de *Weſenic* in noſtris manibus factam, ob honorem glorioſiſſime Dei genitricis ſemperque uirginis Marie & pro noſtrorum remedio exceſſuum, eadem bona cum omni *iure* ad nos pertinente & cum omni *fructu* & *utilitate*, quibus ipſam predictus *Fridericus* una cum ſuis ruſticis poſſediſſe dinoſcitur ab antiquo, cum agris uidelicet ſiue cultis ſiue incultis, lignis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus prefato monaſterio *Dobirlug contulimus* & *tradidimus*

Aduocati de Ylburg confirmant monaſterio Dobrilucenſi 19. iugera in Grawitz a Friderico de Weſenic emta pro 28. marcis

per-

perpetuo poſſidenda. Ita quod nullus heredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum in predictis bonis proceſſu temporis quicquam ſibi ualeat uendicare. Preterea recognoſcimus, quod eadem bona illuſtri principi domino *Heinrico* marchioni *Miſnenſi* reſignauimus, qui ad preces noſtras ipſam cum omni iure integre proprietatis predictis *dominis* & *fratribus* in *Dobirlug* contulit perpetuo libere poſſidenda. Item recognoſcimus, quod prefatus *Fridericus* de *Weſenic* pro eiſdem bonis ſuis ruſticis recompenſationem fecit placabilem & honeſtam. Item ſcire uolumus, quod bona ſupradicta a bonis ad uillam *Weſenic* pertinentibus quodam foſſato expenſis utriuſque partis facto lucide ſunt diſtincta. Vt autem hoc noſtra *donatio* rata permaneat & robur obtineat perpetue firmitatis, iſtam paginam ſuper premiſſis confectam predictis domino abbati & conuentui in *Dobirlug* dari fecimus in teſtimonium *ſigilli* noſtri munimine roboratum. *Datum in* Vbegow *anno domini* M CC LXXXVI IV *nonas Februarii*, preſentibus teſtibus iſtis, *Gebbardo* de Tzurbeke, *Conrado* de Treſtewitz, *Martino* de Glubotzik militibus, *Conrado* aduocato noſtro, *Henrico* notario noſtro & pluribus aliis fide dignis. dat. Vbegouii A. 1286. Teſtes

Verſio coaeua

NVM. CV.

Priuilegium, ſo das Cloſter zum Doberlug von den Vogten in Jlburg über XIX. von Friderich von Weſenick erkauften Huven erhalten CIↃCCLXXXVI. Ann. 1286

WJr BOTE vnd OTTE di alden vnd BOTE vnd OTTE di Jungen vogte von Prologus

die Vogte von Jlburg beſtetigen dem Cloſter zum Doberlug 19. Morgen zu Grautitz, von Friderich von Weſenick erkaufft, umb 28. Marck Silbers

von Ylburg allin criſtinn gleubigin lúten ſcheu-
wern diſſ brieues ewiclich/wenn di tete der lúte mit
me loufte der zit glyten von gedechtniſſe / ſo hat
daz cluge lúte gut gedúcht/ daz man ſi mit ſchriften
ewig machte / dorvm wollin wir / daz in wizzint-
ſchaft kome der keinwortigin vnd der zukúnftigin/
daz brudir **Meynhard houemeiſter** zu **Graw-
tiz** fon ſyns herrin wegin hern **Gúnzils** des ab-
tis vnd der ſamenynge zum **Dobirluge gikouft**
hat ein ſtúcke landis daz núnzen **morgin** hat
vnd *heizit* di *viwerde*/von **Fridriche** von **Weſe-
nic** eins rechtin redelichin koufs / vm̄ **acht vnd
zwentzig mark Frybergiſch ſilbirs** / Des han
wir zu lobe vnd zu erin der hochgelobtin ewigen
Juncfrowin Marien der mutir vnſers herrin di
ſelbin gútere/ noch dem als ſi vns fon demſelbin
Frederiche uf gereycht wordin/ mit alle dem **rech-
te** / daz wir doran hattin vnd mit **frúchten** vnd
nutze / als ſi der ſelbe **Frederich** vnd ſyne gebur
von aldire gihat habn vnde biſezzin / vor vnſe ſúnde
gigebn habn dem **Cloſtere** zum **Dobirluge** ewic-
lich zu beſitzin mit ackirn gewunnen vnd vngewun-
nen / mit hóltzirn / weſin/ weydin / wazzirn / fliezin
vnd mit wazzirleuftin / Alſo daz keyner vnſir erbin
adir nochkomendin in zukúnftigin zytin ſal an den
ſelbin gutern keynerleve recht habn/Ouch bikennen
wir/daz wir di ſelbin **gútere uf gereycht** habn dem
erlúchtendin vórſten vnſirm herrin **Heinrichin**
marcgrauen zu **Myſſin**/der ſi durch vnſir bete wil-
lin **gereycht** vnd gigebn hat dem vorgenantin clo-
ſtir zum **Dobirluge** / mit alleme **rechte** / gantzir
fryheit ewiclich zu beſitzin/wir bekennen ouch daz
der ſelbe **Frederich** / kein den ſelbin gútirn hat ſi-
nen giburn gemacht eine erliche gnúge / Ouch ſal
man wizzen/ daz ein **grabe** getzogin iſt mit gemey-
nen

Google

nen köſten beide der münche vnd der gibur/ der diſe vorgenantin gütere ſcheydit fon den gütern/ di zu dem dorfe Weſenic gehörin. Daz nu diſe vnſe gebunge ſtete blybe vnd behalde macht ewigir ueſtekeit/ſo han wir diſin brief/der dorüber gemacht iſt/ den egenantin abte vnd ſamenunge zu eine gezügniſſe gigebin mit vnſerm Ingeſigel bewart vnd beueſtint. Gigebn zu Vbegow noch gots gibort tzwelfhundirt vnd ſechs vnd achtzig Jar an vnſir liebn vrowin tage lichtwye / Getzüge diſir dinge ſint/Gebehard fon Tzürbecke/ Cunrad fon Treſtewitz / Mertyn von Glubatzk/ rittere/ Cunrad vnſer vogt/ Heinrich vnſir ſchryber vnd me vromir lüte. Inſiegel gegeben in Ubegow, A. 1286. Zeugen.

NVM. CVI.

Priuilegium a Theoderico *de* Turgau *monaſterio* Dobirlucenſi *unum & dimidium manſum uendente datum* CIↃCCLXXXVI.

Ann. 1286.

EGo THEODERICVS *miles* dictus de *Turgow* tenore preſentium recognoſco, quod domino *Guncelino*, Abbati in *Dobirlug* eiuſque *conuentui manſum & dimidium* uendidi, que bona iure feodali in uilla dicta *Munchehuſen* a domino *Ottone burcgrauio* dicto de *Wittyn* habui, *pro XII marcis Frybergenſis argenti* & quicquid iuris me in eadem uilla profeſſus fueram habuiſſe. Preterea recognoſco, quod eadem bona ad manus dicti domini burcgrauii *reſignare* debeo & ut ipſa prefatis, abbati & conuentui in Dobirlug cum omni *iure* ad ipſum pertinente conferat, ad que promiſi fideliter laborare. Vt autem hec emptio nullam contradictionis calumniam impoſterum patiatur, pre-

Theodericus de Turgau uendit monaſterio Dobirluc. unum & dimidium manſum in Munchehuſen, reſignationem promittens

preſentem literam prediƈtis dominis ac fratribus
Dat. Vbegouii A. 1286. in Dobirlug tradidi *ſigilli* munimine roboratam.
Acta ſunt hec in Vbegow *anno domini M CC*
Teſtes LXXXVI. preſentibus teſtibus iſtis: *Bodone* &
Ottone, fratribus ſenioribus de Ylburg, *Conrado* de
Treſtewitz, *Martino* de Glubatzk, militibus, *Iohanne* diƈto Raſig & *Henrico* diƈto de Piot & pluribus aliis fide dignis Item recognoſco, quod auunculos meos prefatos, dominum *Bodouem* & *Ottonem*, fratres diƈtos de Ylburg, ut ad maiorem huius emptionis firmitatem preſenti litere ſua ſigilla apponerent, exoraui.

Sigilla Duo ſigilla pendent cum *clipeis* illorum de Turgow & illorum de Ylburg.

NVM. CVII.

Priuilegium, quo defenditur monaſterium Dobirlucenſe *ab inuaſionibus foreſtariorum* Henrici *marchionis* Miſnenſis *ac*
Ann. 1287 Orientalis *in ſiluas eius* CIↃCCLXXXVII.

Prooemium HEINRICVS Dei gratia *Miſnenſis* & *Orientalis marchio* uniuerſis preſentem literam inſpecturis in perpetuum. Quoniam omnium habere notitiam potius diuinitatis quam humanitatis exiſtit, ne ea, que ab hominibus rite & rationabiliter aguntur, in obliuionem futurorum perueniant, neceſſe eſt, eadem literarum teſtimonio
Henricus tuetur ſiluas & uenationes monaſterii Dobirluc. ab inuaſione foreſta- perennari. Notum igitur eſſe uolumus tam preſentis quam futuri eui Chriſtifidelibus, quod cum *monaſterium* in *Dobirlug* a noſtris *foreſtariis* & *hominibus* in quibuſdam *nemoribus*, eidem olim a noſtris progenitoribus pietatis intuitu collatis & a nobis poſtmodum confirmatis, prout per priuilegia ſua deſuper data demonſtrare poterunt, impedi-

pedirentur frequentius & ob hoc ad nos ſepius ſuas deferrent querelas, finem huiuſmodi querelis & impedimentis imponere cupientes, *Bodoni* de Ylburg & *Alberto* de Borne dapifero ſenioribus dedimus in mandatis & eorum fidei commiſimus, ut perſonaliter ad locum accederent & diſtinctiones terminorum inter noſtra *foreſta* & dicti monaſterii reſpicerent & uiderent, qui ad noſtram reuertentes preſentiam ſub fide nobis preſtita affirmabant, prefatum monaſterium in ſubſcriptis terminis ius habere, qui incipiunt a *monte* comportato, ſito iuxta uillam *Grunow* & protenduntur mediantibus aliis ſignis uſque ad locum *lignea cruce* ſignatum, a quo loco ſimiliter mediantibus ſignis aliis ibi factis uſque ad *montem*, qui *Hogewarte* dicitur, protenduntur. Nos itaque uolentes predictum monaſterium dictis terminis gaudere libere & quiete, uolumus & ex nunc mandamus, ut nullus heredum, *foreſtariorum* aut *hominum* noſtrorum dictum monaſterium impoſterum *impediat* in terminis memoratis. Ne autem ſuper premiſſis alicui impoſterum dubietas aliqua ualeat ſuboriri, preſens ſcriptum dari fecimus prefato monaſterio in teſtimonium euidens *ſigilli* noſtri munimine roboratum. *Datum* Dreſden *anno domini* M CC LXXXVII. VIII. *idus ſeptembris.* Huius teſtes ſunt *Albertus* dapifer, ſenior de Burne, *Fridericus* magiſter coquine, *Zabel* de Machtſchirben *Adolfus* noſter notarius & plures alii fide digni.

[Margin: Prauia arbitrorum inſpectione, riorum ſuorum, — qui de termini pronunciarunt — Sigillum. dat. Dresdae A. 1287. Teſtes]

Verſio coaeua

NVM. CVIII.

***Priuilegium*, ſo das Cloſter zum Doberlug von wegen der Freyheit ihrer Wälder und Jachten wieder des Marggra-**

 ven

ven in Meiſſen Henrichs Förſter erhalten CIƆCCLXXXVII.

Ann. 1287.

Prooemium

HEJNRJCH fon gotis gnaden marcgraue czu Myſſen vnd in dem Oſtirlande allen den/ di diſen brief ſen/ ewicklich. Wenn allir dinge wizzenſchaft czu habene me iſt götlich/ wenn menſchlich vnd daz di ding/ di redelichin geſchen von den lüten/ nicht kommen in vorgezzinheit den/ di czukünftig ſyn/ ſo iſt des not/ daz man ſulche ding mit ſchriften ewig mache/ Dorvm̄ wollen wir/ daz wizlich werde allen criſten gleubigen lüten/ di nu ſyn adir hirnoch czu czyten werden ſyn/ wi daz daz cloſter czum Dobirluge dicke vnd vil gehindert wert von vnſern vörſtern vnd von vnſern lüten an ſinen welden/ di in von vnſern eldirn durch got mildecklich gegebn ſyn vnd von vns beſtetiget/ als man daz mit brieuen vnd handfeſten/ di dorübir gigebin ſyn/ wol mag bewyſen vnd dorvmm der Abt mit ſynen münchen manig mal vor vns mit clage kammen ſin vnd habn vns daz clegelich geclagit. Das wolden wir ſulcher clage vnd hinderniſſe ein ende machen vnd habn Boten von Ylburg vnd Albrechte dem truchtſezin von Born vnſern eldiſten bey iren truwen beuolen vnd geboten/ daz ſi ſelbis dorczu ſolden kominen vnd ſolden beſen vnd dirkennen di vnderſcheit vnd di enden czwiſchen vnſern vnd des cloſters welden/ Diſelbin czwene quamen wedir vor vns vnd ſprachen bey iren truuen/ daz daz cloſter czu diſem maln vnd termen recht hette vnd hebn ſich di an an dem uf geworfen hufen by Grunow vnd czien ſich hin mit mittele andirs czeichin biz an die ſtat/ do diz hulczine Crucze ſtet vnd von der ſtat abir mit andirn maln biz uf di Högewarte. Nu wollen wir

Henrich nimt in ſeinen Schutz die Walder und Jachten des Cloſters zu Doberlug wider die Eingriffe ſeiner Förſter nach geſchehener Beſichtigung der Schiederichter

welche die Grentzen ausgefunden

NOS TIDERICVS Dei gratia *prepoſitus* in *Helpede*, iudex ab honorabili uiro *N. officiali* curie *Halberſtadenſis* inter partes infra ſcriptas deputatus, recognoſcimus per preſentes, quod cauſa, quam *conuentus* monaſterii in *Eylwerſtorp Erenfrido* & *Dithmaro* fratribus dictis *Hanebalken* mouit, amicabiliter, ſicut infra ſcribitur, eſt ſopita, uidelicet, quod dicti fratres *fertonem* & *dimidium* & *duos modios* hyemalis annone annue penſionis, qui ſoluuntur de *dimidia curia* & *dimidio manſo* in uilla & in campis *Sman* ſitis pro quodam ſeruitio ipſi conuentui debito aſſignarunt. Quam penſionem domino *Brunoni* de *Quernuorde* reſignabunt, ut polliciti ſunt, cum primum idem conuentus *proprietatem* dictorum bonorum a domino *Brunone* poterit obtinere. Quo facto conuentus dominis fratribus *dimidium fertonem* & *duos modios* dicte penſionis iure conferet feudali, *reſiduumque fertonem* pro remedio animarum dictorum fratrum ſuorumque progenitorum *proprietatis* titulo poſſidebit. In cuius compoſitionis teſtimonium noſtrum *ſigillum* preſentibus eſt appenſum. Acta ſunt hec preſentibus domino *Tiderico* plebano in *Quernuorde*, cuius etiam *ſigillum*, in teſtimo-

Compoſitio litis a monaſterio Eylvvard. Ehrenfrido & Ditmaro mote.

ſtimonium preſentibus eſt appenſum, domino N milite dicto *Recke*, domino *Wichmanno*, rectore paruulorum in *Quernuorde*, Hinrico dicto *Hoſe* & aliis quam pluribus fide dignis. *Actum & datum*
A. 1321. *anno domini M CCC XXI. in uigilia ſancti Nicolai.*

NVM. CCIII.

Priuilegium de uno manſo & curia *in* Bernſtede *a* Brunone *de* Querfurt *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi confirmato
Ann. 1321. CIↃ CCC XXI.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis, amen.
Bruno de Querfurt — Nos BRVNO *nobilis* de *Quernuorde*, commorans in *Sman*, tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod mediante *conſenſu* dilectorum *fratrum* noſtrorum, domini *Gheuehardi prepoſiti* maioris eccleſie in *Magdeburch*, necnon
unum manſum & curiam in Bernſtede — domini *Burchardi* Hilden. eccleſie *canonici*, *unum manſum* ſitum in *Bernſtede* & *curiam* ſibi attinentem, quem dominus *Heyſo*, ſacerdos dictus de *Oſterhuſen* a *Iordano* & *Hinrico* filio ſuo dictis de *Ozure*, qui ipſum a nobis in feudo poſſidebant, ſuo *pretio comparauit*, cupiens ſibi eterne hereditatis premium comparare, per reſignationem *Ior.* & H.
eccleſiae Eylwardeſt. confert. — predictorum habentes in manu noſtra liberum & ſolutum, *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwarſtorp*, cui per hec & alia intendimus complacere, contuliſmus liberaliter titulo *proprietatis* perpe-
iure aduocatiae exemtum. — tuo poſſidendum, uolentes ipſum a *iure aduocacie* eſſe *liberum* & exemptum, *ſaluo* tamen *noſtro iure* in omnibus, ſicut ante. Cuius manſi annuam penſionem ſcilicet *quinque fertones* mediante conſilio domini *Heyſonis* ſupradicti, decreuimus annis ſingulis diuidendam ſecundum formam infra ſcriptam.

ptam. *Dimidiam marcam* recipiet *unus ſacerdotum*, quemcunque dominus abbas conſtituerit ad officiandum altare ſancti Iacobi, *tres miſſas* ſingulis ebdomadis legendo, in laboris ſui premium aliquale. *Tres fertones* reſiduos quicunque *conſolationum* fuerit *miniſtrator* recipiet & dominis omnibus, prout ipſis magis conueniens fuerit, miniſtrabit, ut & ipſi dies anniuerſarios domini huius ſepedicti ſuorumque progenitorum recolant diligenter. Vt igitur hec donatio & partitio ſummule de manſo dicto ſingulis annis diuidenda iuxta formam prehabitam firma poſſit permanere, preſentem litteram dedimus, noſtri *ſigilli* munimine roboratam. *Actum & datum anno domini M CCC XXI.* A. 1321.

NVM. CCIV.

Priuilegium a Brunone *de* Querfurt *eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi dimidium manſum *in* Gerendorp *conferente datum* CIↃ CCCXXI. Ann. 1321.

NOs BRVNO *nobilis* de *Quernuorde*, commorans in *Sman*, tenore preſentium recognoſcimus proteſtantes, quod mediante *conſenſu* dilectorum fratrum noſtrorum, domini *Gheuehardi prepoſiti* maioris eccleſie in *Magydeburch* & domini *Borchardi Hildenſemenſis eccleſie canonici dimidium manſum* in *Gerendorp* ſitum, quem *Buſſo* de *Lodensleuen* a nobis iure poſſedit feudali, per reſignationem eiusdem in manu noſtra habentes *liberum* & *ſolutum eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwardeſtorp* contulimus titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendum, uolentes ipſum a *iure aduocacie* eſſe *liberum* & *exemptum ſaluo* tamen noſtro *iure* in omni-

Bruno de Querfurt

dimidium manſum in Gerendorp.

eccleſiae Eylwardeſt. confert.

omnibus, ſicut ante. Vt autem *anniuerſarius* & *memoria Buſſonis* predicti ſuorumque progenitorum ibidem diligentius habeatur, *annuam penſionem* predicti dimidii manſi, *dimidiam* ſcilicet *marcam* quicunque congregationis *conſolationum* fuefuerit *miniſtrator*, ſingulis annis recipiet & ex hac ad emendationem prebende conſolationem procurabit dominis ſpecialem. In cuius rei teſtimonium dedimus preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum. *Actum & datum anno domini*
A. 1321. *MCCC XXI.*

NVM. CCV.

Priuilegium a Gebhardo *nobili in* Querfurt *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi *aliquot* manſos & curias *conferente datum*
Ann. 1322. CIↃ CCCXXII.

Gebhardus monaſterio Eylvvardeſt. unum manſum & 2. curias in Varnſtede dimidium manſum & curiam in Barnſtede confert.

NOS GHEVEHARDVS, ſenior *nobilis* in *Quernuorde* preſentibus publice proteſtamur, quod *monaſterio* ſancte Marie uirginis in *Eylwarſtorp*, cui per hec & alia intendimus complacere, *unum manſum* & *duas curias* ad ipſum pertinentes ſitos in uilla & campis inferioris *Varnſtede*, ſoluentes *unam marcam* annue penſionis & *quatuor pullos* & *dimidium manſum* cum *dimidia curia* ſoluentes *dimidiam marcam* & *dimidium fertonem* ſitos in *Barnſtede* contulimus titulo *proprietatis* cum omni *iure* perpetue poſſidendos. Quarum penſiones mediante conſilio noſtre uxoris dilecte, que ipſas ſuo pretio comparauit, decreuimus annis ſingulis diuidendas. *Dimidia marca* cum dimidio fertone deſeruiet ad *altare* ſancte *Marie Magdalene* & quicunque fratrum ipſum officiauerit ſingulis ebdomadis *tres miſſas* celebrabit & ipſam *dimidiam mar-*

marcam cum *dimidio fertone* & *pullos* recipiet eandem *dimidiam marcam* reſeruans ſibi in laboris ſui premium aliquale. Cum *dimidio* autem *fertone* lumen comparabit, quod per totum annum ad predictas *tres miſſas* perardebit. *Reſiduum* uero, qui aliarum *conſolationum miniſtrator* fuerit, recipiet & *pueris* de *ſcolis lotonem unum* dabit & *reſiduum* toti *conuentui*, prout ipſis placuerit, miniſtrabit, ut apud ipſos tria anniuerſaria diligentius habeantur, predicte uidelicet noſtre uxoris & filiorum noſtrorum dilectorum *Gheueardi* & *Syffridi, Halberſtadenſis* eccleſie *canonicorum* & ſic *quinque lotones* ad anniuerſarium cuiuslibet erunt ſeruientes. Adiicimus autem, ut antedictum altare uni ſacerdotum, qui bone fuerit conuerſationis & conſcientie, a domino abbate dicti monaſterii committatur. Vt autem premiſſa omnia per formam prehabitam inuiolabiliter obſeruentur, dedimus preſentem literam, noſtri *ſigilli* munimine roboratam. *Actum & datum anno domini M CCC XXII. ita octaua ſancte Marie Magdalene.* A. 1322.

NVM. CCVI.

Priuilegium de **indulgentiis *ab* Henrico *epiſcopo* Kyemenſi *iis, qui diem* dedicationis capellae *in* Eylwardeſtorp *anniuerſarium celebrant , &c. impertitis* CIↃ CCC XXII.** Ann. 1322

NOuerint uniuerſi, quibus exhibitum fuerit preſens ſcriptum, quod nos Dei gratia *Henricus* eccleſie *Kyemenſis epiſcopus capelle* in uilla *Eylwardiſdorph* dedicata in honore domini noſtri Iheſu Chriſti & ſanctorum Iohannis, apoſtoli & beati Nicolai pontificis, diuina miſericordia & omni-

omnium Dei ſanctorum ope confiſi uniuerſis Chriſti fidelibus ad *anniuerſarium dedicationis diem patronumque* ipſius *capelle* conuenientibus uere *confeſſis* & *contritis ſexaginta dies* de iniuncta *penitentia* miſericorditer relaxamus. Et preterea cunctis *benefactoribus* capelle ſepedicte eandem *indulgentiam* elargimur, necnon qui coram *ymaginibus ſanctorum* nominatorum, *Iohannis* apoſtoli & beati *Nycolai* pontificis & coram ymagine beate *Marie* uirginis in ſumma eccleſia monaſterii ibidem *Eylewardiſtorp* orationes deuote recitauerit, *XL. dies indulgencie* optinebunt. Ad cuius euidenciam preſens ſcriptum noſtro ſigillo feci-
A. 1322. mus communiri. *Datum anno domini M CCC XXII. In uigilia beati* Cipriani, *martiris.*

NVM. CCVII.

Priuilegium a Brunone *de* Querfurt *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi *unum* manſum & iugerum *conferente datum*
A. 1322. CIƆ CCC XXII.

Bruno de Querfurt

NOs BRVNO *nobilis* de *Quernuorde*, commorans in *Sman*, tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod mediante *conſenſu* dilectorum *fratrum* noſtrorum, domini *Gheuehardi, prepoſiti* maioris eccleſie in *Magydeburch*, necnon domini *Borchardi* Hildenſemenſis eccleſie canonici, *unum manſum* ſitum in *Barnſtede* ſoluentem *fertonem* & *dimidium* & *unum iugerum* ſitum in campis *Zoulitz*, ſoluens *dimidium fertonem*, quos dominus *Gherbertus*, cuſtos in *Eylwarſtorp* & *Guntherus* ibidem prebendarius a *Hinrico* de *Holtbuſen*, qui ipſos a nobis in feudo poſſidebat, ſuo precio compararunt, per reſignationem eiuſdem *Hinrici* in

manſum in Barnſtede & iugerum in Zuliz

in manu noſtra liberos habentes & ſolutos, *eccleſie* ſanĉte Marie uirginis in *Eylwarſtorp* contulimus liberaliter & titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendos, uolentes ipſos a huiusmodi impetitione & iure *aduocacie*, quod dicitur *reditus* & *annona aduocacie*, quo in quibusdam eiusdem eccleſie bonis utimur, eſſe liberum & exemptum, alio tamen *iure noſtro ſaluo*. Penſionem autem prediĉtam quicunque ipſius conuentus *conſolationum miniſtrator* fuerit, annis ſingulis recipiet & fratribus utiliter miniſtrabit. In cuius memoriam dedimus preſentem litteram noſtri *ſigilli* munimine roboratam. *Actum & datum anno domini. M CCC XXII.* ecclefiae Eylvvardeſt. confert. A. 1322.

NVM. CCVIII.

Priuilegium a Brunone *de* Quernford *de dimidio* manſo *&* *dimidia* curia *in* Barnſtede *datum* CIƆ CCC XXII. A. 1322.

NOs BRVNO, *nobilis* de *Quernuorde*, commorans in *Sman*, tenore preſentium recognoſcimus, quod mediante *conſenſu* dileĉtorum *fratrum* noſtrorum, domini *Geuehardi* uidelicet prepoſiti maioris eccleſie in *Magydeburch*, necnon domini *Borchardi* Hyldenſemenſis eccleſie canonici, *dimidium manſum* ſitum in *Barnſtede* & *dimidiam curiam* ſibi attinentem, quem nobis dileĉta *glos* noſtra a *Sandero* diĉto de *Swermude*, ciue in *Quernuorde*, qui ipſum a nobis in feodo poſſidebat, ſuo precio comparauit, uolens ſibi eterne beatitudinis premium comparare, per reſignationem iam diĉti *Sanderi* in manu noſtra habentes *liberum & ſolutum*, eccleſie ſanĉte Marie uirginis in *Eylwarſtorp* contulimus liberaliter & titulo *proprietatis* perpetue poſſidendum, uolentes ipſum ab huiusmodi Bruno de Querfurt dimidium manſum & curiam eccleſiae Eylvvardeſt. confert iuri

di

aduocatiae exemtum. di *iure* & *petitione aduocacie*, quod dicitur *reditus* & *annon aduocacie*, quo in aliquibus eiusdem eccleſie bonis utimur, eſſe liberum & exemptum, alio uero iure noſtro ſaluo. Cuius dimidii manſi & curie *penſionem* annuam, uidelicet *tertium dimidium fertonem*, ſecundum uoluntatem predicte noſtre gloris, quicunque ipſius conuentus *conſolationum miniſtrator* fuerit, ſingulis annis recipiet & ex hinc ad emendationem prebende dominis conſolationem procurabit ſpecialem, ut & ipſi anniuerſarium patrui noſtri dilecti domini *Siffridi* pie memorie quondam *Halberſtadenſis* eccleſie *canonici*, cum diligentia recolant & obſeruent. Vt igitur hec donatio & penſionis amminiſtratio, iuxta quod premiſſum eſt, firma permaneat, dedimus preſentem litteram noſtri ſigilli munimine

A. 1322. roboratam. *Datum anno domini MCCC XXII.*

NVM. CCIX.

A. 1323. ***Priuilegium de*** **merica,** ***quae dicitur,*** **merica marchionis** ***a*** **Bodone** ***de*** **Ylburg** ***monaſterio Dobirlucenſi datum*** **CIↃCCC XXII.**

Bodo de Ilenburg donat monaſterio Dobrilucenſi mericam marchionis. Termini eius. NOs BODO, dictus de *Ylenburg*, *dominus* in *Lybenwerde*, recognoſcimus publice in hys ſcriptis, quod ob reſpectum remunerationis diuine & in remedium anime noſtre, necnon dilecte coniugis noſtre ac omnium progenitorum noſtrorum, dedimus & contulimus *mericam*, que dicitur *merica marchionis*, que eſt ad nos iure hereditario deuoluta, cuius *termini* incipiunt a campo uille *Schadewitz* & directe uadunt ſuper quoddam ſignum, quod *Keſſilgrube* dicitur, a quo ſigno proceditur directe ſuper *campum* uille *Drewitz* a quo campo proceditur directe ad *campum* uille *Damas-*

torff

torff. Dehinc proceditur ad *campum* uille *Rotinſtein.* Dehinc uenitur ad *campum* uille *Wriſtewitz.* Abhinc uenitur directe apud paludem ad ſignum, quod eſt iuxta magnam quercum. Ab hoc ſigno directe regreditur ad campum uille *Schadewitz*, ecclefie in *Dobrilugk* cum *uenationibus, mellificiis, paſcuis, prouentibus* & *utilitatibus* quibuscunque iam exiſtentibus uel impoſterum prouenturis & ſi qua alia poſt ea orirentur in predicta *merica*, que non continentur in hac clauſula generali, cum omni *iure*, ſicut noſtri progenitores poſſederunt & nos poſſedimus, in hoc tempus perpetuo pacifice poſſidendam, hac conditione interiecta, ut tres uille *Domaſtorff, Rotinſtein* & *Wriſtewitz* habeant in predicta *merica* ad uſum eorum *ligna* iacentia atque ſicca. Et ut hec noſtra donatio maneat penitus inconuulſa, huic littere noſtrum *ſigillum* dignum duximus appendendum. Teſtes ſunt dominus *Anno* dapifer de Sydow, dominus prepoſitus in Mulberg & *Iohannes* de Sebyn ſenior, quorum *ſigilla* etiam preſentibus ſunt appenſa & *Vlricus* de Canitz, tunc capitaneus in Lybenwerde, *Tymo* de Gruptitz, *Iohannes* de Roſtock, *Martinus* tunc Saltuarius, *Iohannes* Hobeſche, prefectus in Lybenwerde, *Martinus* Mynckewitz, *Vlricus* Sudecum & *Cunradus* Faber, ciues noſtri, cum ceteris pluribus fide dignis. *Datum & actum anno domini milleſimo* CCC XXIII. *in commemoratione ſancti Pauli.*

ſaluo iure ruſticorum in caedendis lignis.

Teſtes.

A. 1323.

NVM. CCX.

Priuilegium de uno manſo & curia ***in uilla*** Gortiz ***a*** Brunone ***de*** Querfurt ***monaſterio*** Eylwardeſtorpienſi ***datum*** CIƆ CCC XXIII.

Ann. 1323.

Nos

Bruno de Querfurt

NOs BRVNO *nobilis* de *Quernuorde*, commorans in *Sman*, tenore preſentium recognoſcimus, proteſtantes, quod mediante *conſenſu* dilectorum *fratrum* noſtrorum, *Geuehardi* uidelicet *prepoſiti* maioris eccleſie in *Magydeburch*, necnon domini *Borchardi* Hildenſemenſis eccleſie *canonici* *unum manſum* & *curiam* ſibi attinentem ſitos in campis & uilla *Ghortiz* ſoluentes *unam marcam* annue penſionis, quos quidem dominus *Bertramus* monachus in *Eylwarſtorp* & dominus Hinricus ſacerdos morans ibidem a nobis ſuo pretio comparauit, iam dicte eccleſie *Eylwarſtorp* uidelicet contulimus liberaliter & titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendos. Volentes predictos *manſum* & *curiam* a ſpeciali petitione & ab huiusmodi *iure aduocacie*, quod dicitur *reditus* & *annona aduocacie*, quo in aliquibus eiusdem eccleſie manſis utimur, eſſe liberos & exemptos, alio *iure* noſtro *ſaluo*. Predictam autem penſionem prefati dominus *B.* & dominus H. ad tempora uite ſue poſſidebunt. Poſt mortem uero ipſorum ad conſolationem fratrum ſepedicte eccleſie deſeruiet & tranſibit. Quam quicunque *conſolationum miniſtrator* fuerit, recipiet & fratribus, prout ipſis magis conueniens fuerit, miniſtrabit, ut & ipſi anniuerſaria ſepedictorum *B.* & H. diligentius recolant & obſeruent. Vt igitur prefata donatio & penſionis miniſtratio ſecundum formam prehabitam rata & inuiolabilis iugiter permaneat, dedimus preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum. *Actum & datum anno domini* MCCCXXIII. *feria quinta dominice inuocauit*.

manſum & curiam

confert monaſterio Eylvvardeſtorpienſi.

A. 1323.

NVM. CCXI.

Priuilegium de uno manſo & curia *in* Gortiz

tiz *ſito a* Brunone *nobili de* Querfurt *& domino in* Sman *eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIↃCCCXXIII. Ann. 1323.

NOS BRVNO *nobilis* de *Queruuorde*, comorans in *Sman* recognoſcimus per preſentes, quod mediante *conſenſu* dilectorum *fratrum* noſtrorum *Geuehardi* uidelicet *prepoſiti* maioris eccleſie in *Magdeburch*, nec non domini *Burchardi Hildenſemenſis* eccleſie *canonici unum manſum* & *curiam* ſibi attinentem ſitos in campis & uilla *Gortitz*, ſoluentes *quinque fertones* annue penſionis, quos iure hereditario poſſidet quidam uillanus ibidem *Nicolaus* dictus *Houe*, quos quidem dominus *Bertramus* monachus in *Eylwarſtorp* & dominus *Hinricus* ſacerdos morans ibidem a nobis ſuo precio comparatunt, iam dicte eccleſie *Eylwarsdorp* ſcilicet *contulimus* liberaliter cum *omni cenſu* ex ipſis cedente titulo *proprietatis* perpetue poſſidendos. Volentes, ut prefati manſus & curia a *ſpeciali petitione* & *iure aduocacie*, quod dicitur *redditus & annona aduocacie*, quo in aliquibus eiusdem eccleſie manſis utimur, liberi ſint penitus & exempti, alio noſtro *iure ſaluo*. Predictam autem penſionem prefati dominus *B.* & dominus *H.* ad tempora uite ſue poſſidebunt, poſt mortem uero ipſorum quicunque ceterarum *conſolationum* fuerit *miniſtrator*, recipiet & fratribus, prout ipſis conueniens fuerit, miniſtrabit, ut ipſi anniuerſaria eorundem obſeruent diligenter. Vt igitur prefata donatio & penſionis miniſtratio ſecundum formam prehabitam inuiolabilis iugiter permaneat, dedimus preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum. *Datum anno domini M CCC XXIII.* A. 1323.

Bruno de Querfurt

unum manſum & curiam

confert eccleſiae Eylvvardeſtorpienſi

NVM. CCXII.

Priuilegium de ſepultura dominorum de Quernforde in monaſterio Eylwarſtorff & de aliquot manſis & curiis illi collatis

Ann. 1323. CIↃ CCC XXIII.

Geuehardi & Brunonis ſepultura in monaſterio Eylvvardeſt. cui conferuntur aliquot manſi & curiae.

NOs GEVEHARDVS longus & BRVNO nobilis de *Quernuorde* per preſentes recognoſcimus, proteſtantes, quod nobis & uxoribus noſtris noſtrisque heredibus apud religioſos uiros, dominum *abbatem* & *conuentum* monaſterii in *Eylwerſtorp* elegimus *ſepulturam*. Vtilitati igitur dicte eccleſie intendentes, merito eidem *manſos* cum bonis & penſionibus infra ſcriptis contulimus titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendos. In ſuperiori *Varnſtede dimidium manſum*, ſoluentem *dimidiam marcam*, in inferiori *1. manſum* & *curiam*, ſoluentes *dimidiam marcam*, in *Eſperſtede dimidium manſum* & *curiam*, *dimidiam marcam*, in *Dornſtede unum manſum* & *dimidium*, *marcam dimidiam*.

Diſpoſitio de reditibus

Penſionem autem iam dictam conſilio prefatorum dominorum, ſecundum quod infra ſcribitur, decreuimus diuidendam, uidelicet ut *dimidia marca* deſeruiat ibidem ad *altare* ſancti *Petri*, quam recipiet pro ſolatio *unus* ſacerdotum, qui a domino abbate ad *officiandum illud altare* fuerit *deputatus*, qui ſingulis ebdomadis complebit *duas miſſas*, *unam* de domina noſtra, reliquam pro fidelibus defunctis, ſiue pro hys, qui per nos ſententia non iudicante ſunt occiſi. Quicunque uero cuſtos fuerit, *tres fertones* annis ſingulis recipiet & ex his in anniuerſario noſtro ad *uigilias* & ad *miſſas quatuor luminaria* ex *quatuor talentis cere* procurabit. De *reliquo* autem, quod ſupererit, *pauperibus* tunc ibi aduenientibus *elemoſinas* largiter erogabit.

Vnus

Vnus ferto ad *edificia* reformanda deſeruiet, quem recipiet, qui ad hoc opus fuerit conſtitutus. *Dimidiam* uero *marcam* reſiduam quicunque ceterarum *conſolationum* fuerit *miniſtrator*, habebit & domino abbati & conuentui in anniuerſario noſtro predicto conſolationem procurabit ſpecialem. Aut denarios quot pro eadem dimidia marca cambire poterit, eiſdem miniſtrabit, domino abbati duas partes dabit, reliqui domini contenti erunt parte una. Cauendum quoque eſt, qualiter uel quomodo iſta conſolatio fiat, ne pueri de ſcolis, uel eccleſiaſticus conſolationis huiusmodi ſint expertes, ut & ipſi una cum dominis ſepedictis anniuerſaria noſtra magis diligenter non deſinant obſeruare. Preterea uolumus, ut cum alter noſtrum diuina uocante gratia de medio ſublatus fuerit, ut cum ceteris *armis equus* ualens *uiginti marcas* ſepedicte eccleſie per alterum noſtrum, uel per heredes noſtros deferatur cum funere, qui ſi adeo bonus non eſſet, ex tunc per additionem peccunie in tantum ualorem, amputata occaſione qualibet redigatur. Si autem *melior* fuerit, heredes noſtri *redimere* poterunt *marcis* pro *uiginti*. Vt igitur iſta donatio & ſummule partitio iuxta formam prehabitam inuiolabiliter obſeruetur, dedimus preſens ſcriptum noſtris ſigillis communitum. *Actum & datum anno domini MCCCXXIII, quinto kl. Iunii.* A. 1323.

Res expeditoriae

NVM. CCXIII.

Priuilegium de metica marchionis *a* Bodone *de* Ylburg *monaſterio* Dobirlucenſi *datum* CIƆ CCC XXIII. Ann. 1323.

Bodo de Ilburg donat monaſterio Dobriluceñ

NOs BODO dictus de *Ileburg*, dominus in *Lybenwerde*, recognoſcimus lucide in hys ſcriptis, quod ob reſpectum remunerationis eterne & in recompenſam & ſatisfactionem dampnorum multorum eccleſie in Dobrilugk illatorum, necnon in remedium anime noſtre coniugisque noſtre dilecte ac omnium noſtrorum progenitorum dedimus & contulimus eidem *eccleſie* in *Dobrilugk mericam* ad nos hereditario iure deuolutam, que *merica marchionis* uocatur, cum *lignis*, *uenationibus*, *paſcuis*, *mellificiis*, *utilitatibus* & *prouentibus* quibuslibet iam exiſtentibus aut impoſterum prouenturis, cum *emolumentis*, ſi aliqua proceſſu temporis in eadem prouenirent *merica*, in hac generali clauſula non expreſſis & cum omni *iure*, quo eam progenitores noſtri poſſederunt & nos poſſedimus pacifice perpetuo poſſidendam. Ita tamen, ut tres uille, ſcilicet *Wriſtewitz*, *Rotinſtein* & *Domaſtorff* habeant in eadem *merica* pro ſua neceſſitate *ligna* ſicca & iacentia ad cremandum. *Termini* autem *merice* incipiunt a ſigno, quod eſt iuxta *molendinum Schadewitz*, a quo ſigno plerisque ſignis aliis mediantibus uenitur ſuper quoddam ſignum ſitum iuxta magnam quercum. De iſto ſigno interiacentibus ſignis aliis apud paludem deſcenditur ad *campum* uille *Wriſtewitz*, a quo campo per ſigna alia ad campum uille *Rotinſtein* peruenitur. Ab hoc campo interpoſitis aliis ſignis itur ad campum uille *Domaſtorff*, dehinc directe aliis intercurrentibus ſigniſtranſitur ad campum uille *Drewitz*, de iſto uero campo per ſigna alia interpoſita itur ſuper ſignum quoddam, quod *Keſſelgrube* nuncupatur. A quo ſigno mediantibus ſignis aliis ad *campum* uille *Schadewitz* peruenitur. Vt igitur hec noſtra pia donatio ſemper

mericam marchionis cum omni iure

deſcriptis eius terminis.

maneat

maneat inconuulſa & ne per aliquem ſucceſſorum noſtrorum aliqualiter perturbetur, preſenſentem literam dedimus ſigillo noſtro tutius conſignatam. Teſtes huius facti ſunt: dominus *Anno* dictus de Sydow, dominus prepoſitus in Mylberg, *Iohannes* de Sebin ſenior, *Vlricus* decanus, *Timo* de Gruptitz & *Iohannes* de Roſtog, uaſalli noſtri, *Iohannes* Hobiſche in Lybenwerde prefectus, *Martinus* Minckowitz, *Vlricus* Sudecum & *Cunradus* Faber, ciues noſtri & *Martinus* noſter Saltuarius, cum pluribus aliis fide dignis. *Datum & actum anno domini* MCCCXXIII. *in tranſlatione ſancti Martini epiſcopi & confeſſoris.* Teſtes. A. 1323.

NVM. CCXIV.

Priuilegium de uinea *monaſterio* Dobirlucenſi *ab* Heynemanno *de* Solgaſt *datum* CIϽ CCC XXIV. Ann. 1324.

EGo HEYNEMANNVS ſacerdos, dictus de *Solgaſt* profiteor publice in hys ſcriptis, quod *uineam*, quam habui prope ciuitatem *Gubyn* dedi & preſentibus do uiuus & ſanus cum *maturo conſilio* & *bona deliberatione* prehabita *eccleſie* in *Dobirlug* pure & ſimpliciter propter Deum. Teſtes ſunt dominus *Iohannes*, plebanus in Breſin, dominus *Guntherus*, plebanus in Zucha & dominus *Nicolaus*, dictus de Luckow, capellanus eccleſie parochialis in Gubyn, cum ceteris fide dignis. *Datum in clauſtro* Gubyn *anno domini* MCCCXXIV. *in uigilia conuerſionis ſancti Pauli, apoſtoli.* In huius rei euidentiam *ſigillum* meum duxi preſentibus apponendum. Quod ſigillum *paruum* eſt & *oblongum* & habet figuram quaſi *draconis* & eſt hec eius ſuperſcriptio: *S. domini Heymanni de Solgaſt.* Heynmannus donat monaſterio Dobriluci uineam. Teſtes. A. 1324. Sigillum.

Verſio coaeua

NVM. CCXV.

Priuilegium, ſo Heynemann von Solgaſt dem Cloſter zum Doberlug über einen Weinberg gegeben CIↃ CCC XXIV.

Ann. 1327.

Heinemann von Solgaſt ſchencket dem Cloſter zum Doberlug einen Weingarten. Zeugen.

ICh HEYNEMAN genant fon Solgaſt prieſter, bikenne öffinlichin in diſem briue, daz ich mit wolbedachtin mute vnd mit gutim rate gebe vnd gigebn habe mynen wyngartin, den ich for der ſtat Gubbyn gihat habe der kirchen zum Dobirluge eynveldeclichen vnd lutirlichin durch got, des ſint gizüge her Johannes, pfarrer zu Breſin, her Günther, pfarrer zu der Tzuche vnd her Nyclaus genant fon Luckow, capplan yn der pfarre zu Gubbyn vnd me vromir lute. Gigebn in dem cloſtir zu Gubbyn noch gots gibort dryzenhundirt und vir vnd zwenzig

A. 1324.

Jar, an dem abinde ſente Pawils, als he bekert wart. Diſir dinge zu bikentniſſe hab ich myn Ingeſigil an diſin brief gihangin.

NVM. CCXVI.

Priuilegium de merica marchionis *a* Rudolpho *electore* Saxoniae, *monaſterio* Dobirlucenſi *datum* CIↃ CCC XXV.

Ann. 1325.

Prologus.

IN nomine domini, amen. RVDOLFVS Dei gratia, *dux Saxonie, Angarie, Weſtfalie, comes* in *Bren, burcgrauius* in *Magdeburg* ſacrique imperii *archimarſcalcus*, uniuerſis & ſingulis hanc paginam audituris aut uiſuris ſalutem in perpetuum. Neceſſaria eſt rerum geſtarum deſcriptio, maxime & principaliter ad diuinum cultum pertinentium.

tium, ne ut quandoque fieri ſolet, poſteri obliuione moti a memoria lubrica eiiciant maturo priorum conſilio ſtabilita. Notum igitur uolumus tam preſentibus quam futuris, quibuscunque oblatus fuerit preſens notularum contextus, quod ob omnipotentis reuerentiam & genitricis ſue Marie uirginis glorioſiſſime, ut dum ad nutum creatoris altiſſimi exuta carnis mortalitate a mundi huius ergaſtulo educti fuerimus, a noſtris & omnium progenitorum noſtrorum animabus uniuerſorum peccaminum noſtrorum pene ſalubriter abſtergantur, proprietatem *merice*, que dicitur des *Marcgreuen beyde*, cum *lignis*, cum *uenationibus*, *paſcuis*, *mellificiis*, *utilitatibus* & *prouentibus* quibuslibet iam exiſtentibus aut imposterum prouenturis, cum *emolimentis*, ſi aliqua proceſſu temporis in eadem prouenerint merica in hac generali clauſula non expreſſis, cum omni *iure*, ſicut a noſtris predeceſſoribus ad nos eſt deuoluta, damus & dedimus, necnon ſolempni donatione donamus eccleſie & conuentui fratrum ordinis Ciſtercienſis in *Dobirlug* perpetuis temporibus duraturam. Abrenunciantes ſimpliciter & in totum omni *iuri* & *accioni*, que habuimus in eadem merica, que nobis competebant uel poſſent competere in futuro. Vt autem donationes atque largitiones noſtre premiſſe *proprietatis* ſtabiles permaneant & inconuulſe, a nobis atque a noſtris ſucceſſoribus non infringantur, preſentem notulam ex certa noſtra ſcientia conſcribi iuſſimus & munimine noſtri *ſigilli* fecimus firmiter roborari. Teſtes uero huius donationis ſunt *Rychardus*, dominus in Dame, *Rychardus* dominus in Kotebuz, *Henricus* pincerna de Schenkindorf, *Henricus* de Kokeritz, *Frendelinus* de Bogemilſtorf,

Rudolphus monaſterio Dobriluceuſi donat

proprietatem mericae dictae marggrauen. heyde, cum omnibus pertinentiis.]

iuri ſuo renuncians.

Teſtes.

ſtorf, noſtri milites, *Henricus* Rydeburg, *Hartmannus* Magir, *Andreas* de Globok, *Iohannes* de Tzanis, noſter prothonotarius & plures alii fide digni. *Datum & actum in* Dobirlug *anno domini* MCCCXXV. *feria quarta proxima ante diem beate Margarete uirginis.*

dat Dobirluci A. 1325.

Verſio coaeua

NVM. CCXVII.

Priuilegium, ſo Rudolph Churfürſt in Sachſen dem Cloſter zum Doberlug über die Marggravenheide gegeben CIↃCCCXXV.

A. 1325.

Prologus. JN dem namen des herrin/ Amen. RUDOLF fon gotis gnadin hertzoge tzu Sachſen/ tzu Angirn vnd tzu Weſtfalin/ graue tzu Bren/ burcgraue tzu Meidebuck vnd des heyligin Römiſchin rychs ertzemarſchalk/ alle den di diſen brief werdin hören adir ſen/ ewigiz heil/ Js iſt nōt/ daz man di ding/ di da giſchen vnd ſundirlichin vnd tzu allir vördirſt/ di da gehörin tzu gotis dinſte/ daz man di beſchrybe durch daz/ daz der dinge/ di mit gutem rate giſchen ſynt fon den nochkomenden nicht firgezzin werde/ als iz by wylen geſchiet/ hirvm̄ wollin wir/ daz wizlich ſie allen keinwörtigin vnd tzukünftigin/ den diſir brief gezeigit wirt/ daz wir tzu lobe vnd tzu erin/ dem almechtigin gote vnd der heiligin iuncfrowin Marien/ ſynre liebn mutir vnd tzu troſte vnd tzu ſelikeit vnſer vnd alle vnſer liebn eldirn ſelin vnd durch firgebunge vnſir ſunde/ gebin vnd gigebn habn di eyginſchaft der heide/ di man nennet des marcgrauen heide/ mit höltzirn/ mit Jagit/ mit weide/ mit honig gnize vnd mit alleme gnieze vnd nutze/ di nu ſyn

Rudolph. ſchencket dem Cloſter zum Doberluge

die Eigenſchafft der Marggraven heyde,

ſyn adir zu zytin werdin mügin/ di hi ſundirlich nicht benant ſyn vnd mit allem rechte/ als ſi von vnſin eldirn an vns komen iſt/ der kirchin vnd den mönchin des grawin ordins zum Dobirluge/ zu habne ewiclich vnd zu beſitzin vnd tretin abe vnd vortzyen vns ſlechtlich vnd gentzlich allis rechtis vnd gewonheit/ di wir gihat habn an der ſelbin heide adir di vns mùchtin an gilangin in zukunftigin zyten vnd daz nu diſe vnſe offenbare willecliche gebunge ſulchir eyginſchaft ſtete vnd von vns vnd alle vnſirn nochkomenden vnuorbrochin ewiclichin blybe/ ſo han wir mit rechtir wizzin diſen brief lazin ſchrybin vnd mit vnſirm Ingeſigel bewarin/ Diſir dinge ſint getzüge Rychard/ herre zu Kotebuz/ Heinrich Schenke von Schenkendorf; Heinrich fon Kokeritz/ Frendelyn von Bogemilſtorf/ vnſere Rittere/ Heinrich Rydeburg/ Hartman Magir/ Andres von Globoc; Hans fon der Tzane/ vnſir übirſter ſchryber vnd fromir lùte me/ di wol werdig ſyn des gloubin. Gigebin vnd giſchen zum Dobirluge/ noch göts gibort dryzenhundirt vnd fumve vnd zwentzig Jar/ an der neſtin mittewochin vor ſente Margaretin tage der heiligen iuncfrowin.

mit allem zubehör.

und renunciirt ſeinem iuri.

Zeugen.

gegeben zu Doberluge A. 1325.

NVM. CCXIIX.

Priuilegium de uno **manſo & curia** ***in*** **Barnſtede** ***a*** **Brunone** ***de*** **Querfurt** ***monaſterio*** **Eylwardeſtorpienſi** ***datum*** **CIↃCCCXXV.**

Ann. 1325.

IN nomine domini, Amen. Nos BRVNO, nobilis de *Quernuorde* commorans in *Sman*, recognoſcimus per preſentes, quod mediante *conſenſu* dilectorum *fratrum* noſtrorum, domini *Geuehardi* uide-

Bruno de Querfurt

uidelicet & domini *Borcardi* necnon & heredum
unum manſum & curiam noſtrorum, *unum manſum* ſitum in campis *Barnſtede* & *curiam* ſibi attinentem, quem quidam dominorum de *Eylwardeſtorp* amicorum ſuorum ſubſidio mediante ab honeſtis famulis *Borchardo* & *Gerhardo* dictis de *Roſeburch*, qui ipſum a nobis in feodo poſſederunt, ſuo pretio compararunt, per reſignationem famulorum iam dictorum in manu noſtra liberum habentes & ſolutum, contu-
ecclesiae Eylvvardeſtorpienſi confert limus propter Deum *ecclefie* ſancte Marie uirginis in *Eylwardiſtorp* cum *cenſu* ſingulis annis a ſe cedente, titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendum. Volumus quoque dictum *manſum* a ſpeciali *petitione*, quam in quibusdam eiusdem eccleſie manſis ratione *aduocacie* utimur, eſſe *liberum* & *exemptum*. Vt autem huiusmodi *proprietatis* donatio per nos & noſtros heredes inuiolabiliter obſeruetur, dedimus preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum. Et nos *Geuehardus* ſupradictus in premiſſe rei teſtimonium *ſigillum* noſtrum preſentibus duximus apponen-
A. 1325. dum. *Actum & datum anno domini MCCCXXV in uigilia ſancti Vrbani.*

NVM. CCXIX.

Priuilegium de una curia & manſo *a* Brunone *de* Querfurt *monaſterio* Eylwar-
Ann. 1326. deſtorpienſi *collato* CIↃCCCXXVI.

IN nomine domini, amen. Nos BRVNO, *nobilis* de *Quernuorde* commorans in *Viſcenburch* recognoſcimus per preſentes, quod de *legitimo*
Vna curia & manſus in Gerendorp noſtrorum *heredum conſenſu unam curiam* cum *manſo* in campis uille *Gerendorp* ſituato *dimidiam marcam* annis ſingulis ſoluentem, quam dominus

Her-

Hermannus miles, dictus de *Schapſtede*, a Hinrico de *Ocbeliz*, qui ipſum a nobis iure tenuit feudali, ut *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwarſtorp* deſeruiat, ſuo precio comparauit, per reſignationem eorundem in manu noſtra liberum habentes iam premiſſe eccleſie contulimus iure *proprietatis* perpetuo poſſidendam. Volumus autem predicta bona a ſpeciali petitione, qua in quibusdam ipſius bonis utimur, ratione *aduocacie* eſſe liberum & exemptum. Adicimus quoque, ut prefatam *penſionem* ſingulis annis recipiat unus ſacerdotum, qui a domino abbate ad *officiandum altare* ſancte *Katherine* deputatus fuerit in laboris ſui premium aliquale, quia duas miſſas ſingulis ſeptimanis complebit ibidem. Vt autem premiſſa inuiolabiliter obſeruentur, *ſigillum* noſtrum preſentibus duximus apponendum. *Datum anno domini MCCCXXVI.*

eccleſiae Eylvvardeſt. confertur

A. 1326.

NVM. CCXX.

Priuilegium de uno manſo *in* Storquithz *ſito a monaſterio* Reinſtorpdenſi *monaſterio* Eylvvardeſtorpienſi *datum* CIϽCCCXXIIX.

Ann. 1328.

NOs CONRADVS Dei gratia *abbas*, TILO prior totusque *conuentus* in *Reynſtorpd* preſens hoc ſcriptum cupimus eſſe notum omnibus inſpecturis ſeu lecturis, quod nos uenerabili domino *abbati* ſuoque *conuentui* in *Fylwarſtorpd proprietatem* unius *menſi* ſiti in *Storquithz* & omne *ius*, quod nos in eo habere uidebamur, unanimi noſtri *capituli conſenſu* elargimur perpetuo poſſidendum, quem quidem manſum *Conradus* dictus de *Reynſturpd* ſuique heredes a nobis iure pheodali

Monaſterium Reinſtorpdenſe monaſterio Eylvvardeſtorp. unum manſum confert.

dali poſſederunt. In cuius donationis certitudinem & memoriam firmiorem preſentem kartulam ſuper hac conſcriptam noſtris *ſigillis* iuſſimus

Teſtes fideliter roborari. Teſtes huius donationis ſunt, dominus H*inricus* de Heſenſtede, dominus H*inricus* de Letenſtede, plebanus & *Bruno* frater eiusdem, dominus *Iohannes* de Marsleuen, dominus *Iohannes* de Scletowe, canonici in Quernuor-

A. 1328. de & alii quam plures fide digni. *Actum & datum anno domini M CCC XXVIII. kalendis Ianuarii.*

NVM. CCXXI.

Ann. 1329. *Priuilegium* Burchardi *comitis de* Mansfeld *de uno* manſo *ſito in campis* Gaterſtedt. CIↃCCCXXIX.

IN nomine domini, amen. Nos BVRCHARDVS Dei gratia comes in *Maniſuelt* tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod *conſenſu* dilecti *filii* noſtri *Geuehardi* aliorumque

Vnus manſus eccleſiae Fylvvardeſtorp. confertur. *heredum* noſtrorum accedente, unum *manſum* in campis uille *Gaterſtete* ſituatum, ſoluentem annis ſingulis *dimidiam marcam* argenti propter Deum & ad preces *Hinrici* caſtellani in *Queruuorde* dicti de H*oltbuſen* contulimus *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwardiſtorp* titulo *proprietatis* poſſidendum. Vt autem donatio iam premiſſa a nobis & a poſteris noſtris firma & inuiolabilis iugiter obſeruetur, dedimus eidem eccleſie preſentem

A. 1329. litteram noſtri *ſigilli* munimine roboratam. *Datum anno dominice incarnationis M CCC XXIX.*

NVM. CCXXII.

Ann. 1329. *Priuilegium de uillis* Trebiz *&* Dubrau *monaſterio* Dobirlucenſi *a* Rudolpho *electore* Saxoniae *datum* CIↃCCCXXIX.

In

IN nomine domini, amen. RVDOLFVS Dei gratia *dux Saxonie, Angarie, Weſtfalie* & *comes* in *Bren*, burgrauius in *Magdeburg*, ſacrique imperii *archimarſcalcus*, uniuerſis Chriſtifidelibus, preſentibus & futuris ſalutem in perpetuum. Ne acta hominum a memoria ſucceſſorum euellantur, teſtimonio literarum ea ſolent perennari. Vniuerſis ergo preſentis & future etatis cupimus fore notum, quod religioſis uiris dominis, domino *abbati* totique *conuentui* fratrum ordinis Ciſtercienſis in *Dobirlug*, de maturo *beredum* noſtrorum *conſilio* uendidimus *proprietatem* uillarum *Trebitz* & *Dubraw*, cum *iure patronatus* uniuerſaliter cum *omni iure*, quo ad nos pertinebant, abrenunciantes omnibus & ſingulis, quo ad *poſſeſſionem* & *proprietatem*, quo ad nos heredesque noſtros ſolenniter in hys ſcriptis. Etiam omni *iuri*, quod nunc nobis in premiſſis competit, uel poſſet competere in futurum ex cauſa quacunque & omni ei, de quo foret ſpecialis mentio facienda, quod in clauſulam non incidit generalem. Ne igitur hec ordinatio aliquibus impoſterum dubium inferat, hanc preſentem paginam noſtro *ſigillo* fecimus roborari. Et ſunt teſtes, *Boto* de Ylburg, de Libenwerde, *Henricus*, pincerna de Schendorf, *Bernardus* Curtus de Strel, noſtri milites, *Rupertus* de Glubatzk, *Hartmannus* Magir, *Iohannes* & *Iohannes* in Beltz & in Nymik plebani & plures alii fidedigni. *Datum* Wittemberg *anno domini MCCCXXIX. dominica: Inuocauit.*

Prologus

Venduntur monaſterio Dobriluccnſi uillae Trebitz & Dubrau.

Teſtes.

A. 1329.

In hoc priuilegio uidetur ſigillum preferens *equum* falera tectum & in pectore & in femore equi apparent duo *clipei* unius forme, uidelicet cum tribus *foliis lacualibus* & apparet in equo quaſi *uir ſedens*, habens ad ſiniſtram *clipeum*, qui ha-

Sigilli deſcriptio.

habet per latitudinem ſiue per transuerſum *quinque tractus eleuatos* & *quatuor depreſſos*, quos cancellat unus tractus ueniens de ſuperiori cornu dextro ipſius clipei & habet in manu dextra *uexillum* eiusdem forme cum *clipeo* & habet uir ille *galeam* in capite & ſuper galeam *pilleum*, in cuius cono apparet quaſi ſit *aggregatio pennarum* & eſt in ſigillo duplex circumferentia literarum, que faciunt uerba hec: *Rudolfus Dei gratia dux Saxonie, Angarie, Weſtfalie, comes in Bren & burgrauius in Magdeburg.*

Verſio coaeua

NVM. CCXXIII.

Priuilegium, ſo das Cloſter zum Doberlug von Rudolph / dem Churfürſten in Sachſen / über die Dörfer Trebitz und Dubrau erhalten CIↃCCCXXIX.

Ann. 1329.

Prologus

In dem namen des herren / amen. RUDOLF fon gotis gnaden hertzoge zu Sachſen / Angern vnd Weſtfalen vnd graue zu Bren burcgraue zu Magdeburg vnd des heiligen Rychs ertzemarſchalk allen gleubigen criſten lüten / di keinwörtig adir zukünftig ſyn / heyl ewiclich. Vf daz / daz der tete der lüte / in wizzentſchaft blybe der / di noch vns komen / ſo pflegt man ſi ewig zu machene mit ſchriften / hirvm̄ begern wir wizlich zu ſyne allin den / di nu ſyn adir hirnoch werden komen / daz wir mit gutem rate vnſer erben vorkouft habn den geyſtlichen lüten dem Abte vnd der ſamenunge der münche zum Dobirluge di eygenſchaft der dörfere Trebitz vnd Dubraw mit dem rechte der kirchleen vnd mit alle rechte / daz wir hatten an den ſelbin dörfern vnd vortzyen vns des for

das Cloſter zum Dobirluge kauſt die Dörffer Trebitz u. Dubraw, mit dem Kirchen-Lehen u. ſ. w.

for vns vnd for alle vnſere erben beyde zu der beſi-
tzunge vnd zu der eygenſchaft erberlichin vnd of-
fenberlichin in diſen ſchriften vnd alle des rechten/
daz vns nu anlanget adir in zyten hirnoch muchte
angelangen/von welchin ſachen daz were vnd ab
man daz ſundirlich ſolde benennen vnd nicht be-
griffen wirt in eynre gemeynen rede. Daz nu icht
ſil lychte von diſer vnſer ordenunge keynerleye
zwyuel hir noch in zyten vf ſte/ ſo han wir diſen
keynwörtigen brief mit vnſirm Ingeſigel lazin Siegel
ſterken vnd diſer dinge ſint getzüge Bote von Yl- Zeugen.
burg/ſon Liebinwerde/ Heinrich Schencke von
Schenkendorf/ Bernhard Kortze von Strele/
vnſere Rittere/ Ruprecht ſon Glubatzk/ Hart-
man Magir/ Johannes vnd Johannes/ pfar-
rere zu Beltitz vnd zu Nymik vnd andir lüte
gnug/ di wol werdig ſyn des glouben. Gigebn
zu Wittenberg/ do man zalte noch Criſts ge-
bort drytzenhundirt vnd nün vnd zwentzig A. 1329.
Jar an dem erſten ſuntage in der vaſten/ als
man ſinget: Inuocauit.

NVM. CCXXIV.

Priuilegium monaſterio Dobirlucenſi *a* Rudolpho *electore* Saxoniae *de* emptine-uenditione *aliquot* uillarum & *oppidi* Lubbyn *datum* CIϽCCCXXIX. Ann. 1329.

IN nomine domini, amen. Quoniam habere omnium memoriam & in nullo penitus uacillare potius diuinitatis ſit, quam humanitatis, inde eſt, quod nos *Rudolfus* Dei gratia *dux Saxonie*, *Angarie*, *Weſtfalie*, *comes* in *Bren*, *burgrauius* in *Magdeburg*, ſacri imperii *archimarſcalcus*, tenore preſentium in notitiam uniuerſorum & ſingulo-

Rudolphus Saxoniae elector uendit monaſterio Dobriluncenſi

gulorum uolumus peruenire, quod deliberatione exacta & prehabita religioſis uiris *abbati* & *conuentui* in *Dobirlug*, necnon ipſi eccleſie uendidimus & per preſentes literas uendimus iuſto uenditionis contractu uillas ſequentes: *Trebitz, Dubraw, Prizin, Buckewin* & *Nycraſtorf*, cum *iure patronatus*, cum omnibus & ſingulis *agris* cultis & colendis, *lignis rubis*, *paludibus*, *pratis*, *paſcuis*, *aquis*, *riuulis*, *molendinis* ſtructis & ſtruendis, *bonis liberis* & *feodatis*. Ita quod ipſi *infeodati*, cuiuſcunque conditionis fuerint, ab ipſo *abbate*, qui pro tempore fuerit, recipient *inueſtituram feodi* & plane cum omnibus inter limites ad ipſas ſpectantes contentis eo iure & libertate, quibus poſſediſte noſcimur, poſſidenda predicta omnia & ſingula iuſto *proprietatis* titulo, *pleno iure*. Abrenunciantes premiſſis omnibus & ſingulis, quo ad proprietatem & poſſeſſionem, quo ad nos & heredes noſtros ſolemniter in hys ſcriptis, etiam omni iuri, quod nunc nobis in premiſſis competit, uel poſſet competere in futurum ex cauſa quacunque & omni ei, de quo foret ſpecialis mentio facienda, quod in clauſulam non cadit generalem, predictorum omnium *proprietatem* & *poſſeſſionem* ea *libertate* tenebunt, quod nullam *precariam*, nullum *ſeruitium reale* uel *perſonale*, nullum penitus *onus* uel *ius* nobis tenebimus in premiſsis, transferentes in ipſos omnia & ſingula ſicut poſſedimus pleno iure. Pro premiſſis omnibus & ſingulis honorabilis uir dominus *Theodericus* predicti monaſterii abbas, quem in poſſeſſionem corporalem ſuo & conuentus ſui nomine poni debita ſolemnitate fecimus & miſimus, nobis dimiſit, iuſto contractu uenditionis, cum *conſenſu conuentus* ſui, caſtrum & opidum *Lubbyn* cum omnibus & ſin-

uillas Trebitz, Dubrau, &c. cum iure alios infeudandi

omnique immunitate

pro quibus monaſterium electori uendidit caſtrum & oppidum Lubbyn.

& ſingulis ſuis *pertinentiis* & *attinentiis*, cum *bonis* nouis & antiquis & plane cum omnibus intra limites ad ipſa ſpectantes contentis. Etiam & *proprietatem* predictorum omnium, ut priuilegia principum edocent, nobis per predictum abbatem & conuentum preſentata. Huius rei teſtes ſunt, *Heinricus*, pincerna de Schenkindorf, *Otto* de Sliwin miles, *Hartmannus* dictus Magir, *Johannes* de Tzane, *Siffridus* in Lyndenowe, noſtri capellani & alii quamplures fide digni. Et ne de premiſſis omnibus, uel aliquo premiſſorum dubium aliquod in mentibus poſterorum exurgat, noſtro *ſigillo* pendenti muniri fecimus preſens ſcriptum perenni ſeculorum tempore ualiturum. *Actum & datum* Wittenberg *anno domini M CCC XXIX. in die Innocentium.* Teſtes. dat. Vitebergae A. 1329.

Verſio coaeua

NVM. CCXXV.

Priuilegium, ſo Rudolph / Churfürſt in Sachſen / dem Cloſter zum Doberlug gegeben CIↃCCCXXIX.

Ann. 1329.

IN dem namen des herrin / amen. Alle ding tzu habne in gedechtniſſe vnd an nichte tzweyueln / daz iſt me götlich wenn menſchlich / So wollin wir Rudolf hertzoge tzu Sachſin / Angirn vnd Weſtfaln / graue tzu Bren / burcgraue tzu Meideburg vnd des heilgin Römiſchin rychs ertzemarſchalk / daz mit diſem keinwörtigin brieue in wizzinſchaft kome allir lüte / daz wir mit gutim vorbedechtniſſe habn virkouft eyns rechtin redelichin koufs den geiſtlichin mannen dem Abte / der ſamenunge. vnd cloſtir tzum Dobirluge / diſe nochgiſchrebin dörfere / Trebutz / Dubraw / Pri- Rudolph Churfürſt zu Sachſen verkaufft dem Cloſter zum Doberluge die Dörffer Trebitz, Dubrow, &c.

mit dem Kirchlehen und allem Zubehör It. mit dem Recht andere wieder damit zubelehnen

zin/ Buckewyn vnd Micraſtorf vnd di kirchlen do ſelbiſt mit allin ackirn gewunnen vnd vngewunnen/ mit hölzirn/ püſchin/brüchirn/ weſin/ weydin/ wazzirn/ fliezin/mit mülin/ di gibuwit ſyn vnd di man buwin müchte/ mit allē fryen vnd vorlentin gütirn/ alſo/ daz di lenlüte/ welchis vndirſcheidis ſi ſyn/ ire len empfan ſullin von eym Abte der zu ziten wirt ſyn zum Dobirluge vnd flechtlichin mit alle den dingin vnd gütirn/dy bynnen den endin adir grenizin/ di zu den ſelbin dörfern gehörin / gelegin ſyn ewiclich zu habne vnd zu beſitzene/ mit ſulchim rechte vnd vryheit/ als wir di gihabt vnd beſezzin habn in rechtir eyginſchaft vnd mit folleme rechte vnd tretin abe vnd vorzygen vns öffinlichin vnd herlichin vor vns ſelbir vnd vor alle vnſere erbin alle der vorgenantin dörfere vnd gütere beyde an eyginſchaft vnd an beſitzunge vnd ouch alle des rechtis/ daz vns fon derſelbin dörfirn vnd gütirn an gelangit hat vnd gibört/ adir daz vns noch in zukünftigin ziten gehörin müchte/ adir an gilangin/ von welchin ſachin daz geſchen müchte vnd allis des/das billich ſulde ſundirlichin benennen vnd daz in ſulchir gemeynen rede nicht gerürt wirt vnd ſullin der abt vnd di münche zum Dobirluge alle diſe vorgenantin dörfere vnd gütere habn vnd beſitzin in ſulchir frybeit vnd eyginſchaft / daz wir keyne bete/ keyn dinſt weddir des gutis noch der perſonen/ noch keynerleye beſwerunge noch recht vns doran nicht behaldin/ ſundir wir legin zu deme cloſtire vnd den münchin alle diſe vorbeſchrebin ding mit folleme rechte. Vm̄ alle diſe vorgeſchrebene gütere hat vns der erber man her Diterich abt zum Dobirluge/ den wir von ſynre vnd von ſynre ſamunge wegin habn lazin füren vnd

und aller Freyheit.

ſetzin

ſetzin in lyblich beſitzunge der egenantin gütere/ gilazin vnd gigebin eyns rechtin virkoufins/ mit gunſt vnd mit willen ſynre ſamenunge Hus vnd ſtat zu Lubbyn mit allir zugehörunge/ mit nuwin vnd mit aldin gütirn vnd ſlechtlich mit allin dingen/ di in den grenitzin/ di dortzu gehörin/ begriffen ſyn vnd mit gantzir eyginſchaft/ als di vörſten brieue vzwyſen / di vns di vorgenantin Abr vnd ſamenunge geentwört habin/ Diſir dinge ſint getzüge Heinrich Schenke von Schenkindorf/ ritter/ Otte von Slywin/ ritter/ Hartman Magir/ Joh. fon der Tzane/ Syuerd fon Lindenowe vnſir capplane vnd me vromir lüte vnd daz nyman an diſin dingen hir noch dürfe zwyueln/ ſo han wir diſe ſchrift mit vnſirm angehangin Jngeſigle giſterkit vnd bewart/ alſo daz ſi craft ſal habin zu ewigen zyten/ Giſchen vnd gigebn zu Wittenberg dryzenhundirt vnd nün vnd zwanzig Jar/ an der heilgin kyndir tage.

an deren ſtat das Cloſter dem Churfürſten verkaufft das Haus und Stadt zu Lübbyn

Zeugen.

gegeben in Wittenberg A. 1329.

NVM. CCXXVI.

Priuilegium de octo agris & dimidio manſo *a* Brunone *de* Querfurt *datum* CIↃCCCXXXI.

Ann. 1331.

IN nomine domini, amen. Nos BRVNO *nobilis* de *Quernuorde* commorans in *Viſcenburch* tenore preſentium proteſtamur, quod *conſenſu* dilecti *fratris* noſtri *Geuehardi* accedente, domino *Iohanni* ſacerdoti de *Oſterhuſen* noſtro capellano dedimus *proprietatem octo agrorum*, uidelicet quos a *Bertrammo* dicto de *Oſterendorp* ſuo pretio comparauit & *proprietatem medii manſi*, quem a nobis *Bertoldus* frater eiusdem domini *Io*, iure tenuit

Bruno de Querfurt

Ioanni de Oſterhuſen proprietatem 8 agrorum & dimidii manſi confert

nuit feudali, conditione tamen hac adiecta, ut dictorum bonorum *proprietatem* monaſterio cuicunque uoluerit, ſiue parrochie in noſtro dominio ſituate pro remedio anime ſue poſſit & debeat erogare eodem iure, quo nos habere uidebamur,
iure aduocatiae ſublato. perpetuo poſſidendam, nihil *iuris* ſeu *aduocatie* in bonis ſepedictis nobis reſeruantes. Vt autem iſta donatio firma & inuiolabilis iugiter permaneat, dedimus eidem domino Iohanni preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum. Et nos *Geuehardus* de *Quernuorde* ſupradictus in teſtimonium premiſſorum *ſigillum* noſtrum preſentibus duximus apponendum, *Actum & da-*
A. 1331. *tum anno dominice incarnationis M CCC XXXI, in octaua aſſumptionis beate* Marie *uirginisglorioſe.*

NVM. CCCXXVII.

Priuilegium a Brunone *de* Querfurt *eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi *datum*
Ann. 1332. CIↃCCCXXXII.

IN nomine domini, amen. Nos BRVNO *nobilis* de *Quernuorde* commorans in *Nienburch* tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod *dimidium manſum* in campis uille *Varn-*
Dimidius manſus *ſtede* ſituatum, ſoluentem ſingulis annis *dimidium fertonem* penſionis, quem a nobis honeſti famuli *Wernerus* & *fratres* ſui reſidentes in *Vpbuſen* in
eccleſiae Eylwardeſt. confertur feudo poſſederunt, *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwerſtorp* propter Deum contulimus titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendum, nichil iuris in dicto dimidio manſo nobis reſeruantes. Vt autem hec donatio firma & inuiolabilis iugiter permaneat, dedimus eccleſie iam premiſſe preſentem litteram noſtri *ſigilli* munimine roboratam.

Actum

Actum & datum anno dominice incarnationis MCCCXXXII. *in die ſancti* Bonifacii, A. 1332.

NVM. CCXXIIX.

Priuilegium *de* uno manſo *in* Barnſted *ſito eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi *collato* CIↃCCCXXXIII. Ann. 1333.

NOs BRVNO *nobilis* de *Quernuorde* commorans in *Viſcenburch* tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod *unum manſum* in campis uille *Barnſtede* ſituatum, cum *curia* ſibi attinente, ſoluentem ſingulis annis *unum chorum* tritici & *dimidiam marcam* argenti, quem a nobis *Bertramus* dictus de *Northuſen* iure tenuit feudali, contulimus eccleſie ſancte Marie uirginis in *Eylwarſtorp* propter Deum titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendum. In cuius rei teſtimonium *ſigillum* noſtrum preſentibus duximus apponendum. *Datum anno dominice incarnationis milleſimo, trecenteſimo triceſimo tercio, in die ſancti* Vincentii.

Bruno unum manſum & curiam eccleſiae Eylwardeſt. confert.

A. 1333.

NVM. CCXXIX.

Priuilegium *de* uno manſo *&* curia *in uilla & campis* Studene *ſito a* Brunone *de* Querfurt *datum* CIↃCCCXXXIII. Ann. 1333.

IN nomine domini amen. Nos BRVNO *nobilis* de *Quernuorde*, morans in *Beyernienburch* tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod *unum manſum* cum *curia* ſibi attinente, ſituatum in uilla & campis *Studene*, ſoluentem *dimidiam marcam* & *ſeptem pullos* annue penſionis, quem a nobis *Rudolfus* ciuis in *Vphuſen* dictus de *Schapſtede* iure poſſedit feudali, contulimus

Vnus manſus & curia

conſertur eccleſiae Eylvvardeſtorp. propter Deum *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwerſtorp* titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendum. Vt autem hec donatio firma & inuiolabilis iugiter permaneat, dedimus eccleſie iam predicte litteram preſentem noſtri *ſigilli* munimine roboratam. *Datum anno dominice incarnationis*

A. 1333. *M* CCC XXXIII. *in die ſanctorum martirum* Geruaſii & Prothaſii.

NVM. CCXXX.

Priuilegium monaſterio Dobirlucenſi *a* Wittigone, *epiſcopo* Miſnenſi, *datum* CIↃCCCXXXIV.

Ann. 1334. Confirmatur monaſterio Dobirlucenſi donatio uineae ab Heynemanno ſacerdote ipſi traditae

NOs WITTIGO Dei gratia *Miſnenſis* eccleſie epiſcopus donationem *uinee* ſite circa ciuitatem *Gubyn*, quam H*eynemannus* ſacerdos dictus de *Solgaſt* fecit eccleſie in *Dobirlug* pure & ſimpliciter propter Deum, autoritate ordinaria, ſicut predictus ſacerdos eandem poſſedit uineam, *ratificamus* & preſentibus in nomine domini confirmamus. Vt autem predicta noſtra ratificatio & confirmatio robur & uigorem debitum ſortiatur, preſentem confirmationis literam noſtri *ſigilli* autentici fecimus munimine roborari. Facta eſt donationis huiusmodi confirmatio anno domini

A. 1334. MCCCXXXIIII. in uigilia purificationis beate uirginis in *Mogelyn*, preſentibus *Iohanne* de Perez magiſtro curie noſtre, *Th.* plebano in Mogelyn & aliis pluribus fide dignis.

Sigillum. Sigillum pendet in ſcedula de corpore ipſius litere preciſa & transfixa in ipſa litera & circumplexa & monſtrat epiſcopi ſedentis ymaginem. In cuius ſede apparent duo *capita catulorum* cum anterioribus pedibus hinc & hinc & uidetur yma-

go

go ipſa quaſi dare benedictionem cum manu dextra, tenens baculum paſtoralem in ſiniſtra & eſt hec eius ſuperſcriptio: *S. Withegonis Dei gratia eccleſie Miſnenſis epiſcopi.*

Verſio coaeua

NVM. CCXXXI.

Priuilegium, **ſo das Cloſter zum Doberlug von Wittichen/ den Biſchof in Meiſſen/erhalten** CIↃCCCXXXIV.

WIr WITTICHE von gotis gnadin Biſchof der kirchin tzu Myſſin/ di gebunge des wyngartin vor Gubbyn/di Heyneman genant fon Solgaſt priſter gitan hat der kirchin tzum Dobirluge/ eynveldeclichin vnd lutirlichin durch got/ di biſtetigin wir vnd beueſtin ſi von ordelichir gewalt/ di wir habn ſulche ding tzune in dem namen gotis/ als den ſelbin wyngartin der vorgenante priſter gihat hat vnd biſezzin vnd daz di ſelbe vnſe biſtetigunge in creftin blybe/ ſo han wir diſin brief vnſer biſtegunge/ mit vnſirm Ingeſigil bewart vnd giſterkit/ Giſchen tzu Mogelyn noch gots gibort drytzenhundirt vnd vir vnd dryzzig iar/ an dem abinde vnſer liebn vrowin lichtewye/ Getzuge ſint Joh fon Perez/ vnſer houemeyſtir vnd her Diterich/ pfarrer tzu Mogelyn vnd me vromir lute.

Wittich beſtetiget dem Cloſter zum Doberluge den Weingarten in Gubbyn

A. 1334.

Zeugen

NVM. CCXXXII.

Priuilegium de uno manſo *in* Barnſtede & curia *in* Gerendorp *ſito a* Brunone *de* Querfurt *datum* CIↃCCCXXXIV.

Ann. 1334.

IN nomine domini, amen. Nos BRVNO *nobilis* de *Querworde* commorans in *Viſcenburch* tenore

re preſentium recognoſcimus, publice proteſtantes, quod de *conſenſu* & uoluntate *heredum* noſtrorum *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwarſtorp*, quam gratiori dilectionis uiciſſitudine pre ceteris amplectimur, propter Deum dedimus & damus in his ſcriptis *unum manſum* in campis uille *Barnſtede* ſituatum cum *curia* ſibi attinente in *Gerendorp* ſita, quem a nobis *Hermannus* dictus *celeber* iure poſſidet feudali, titulo *proprietatis* perpetuis temporibus liberaliter poſſidendum, a quo *manſo* & *curia* ſoluetur ſingulis annis dicte eccleſie *una marca*. Ne igitur huiusmodi noſtra donatio per nos uel aliquos ſucceſſores noſtros heredes in poſterum, quod abſit, infringatur, aut alias prauorum quouiſmodo ſuggeſtione temeraria decaſſetur, ſed rata perpetuo obſeruetur, preſentes litteras inde confectas eccleſie memorate dedimus per impreſſionem *ſigilli* noſtri firmiter roboratas. *Actum & datum anno incarnationis dominice MCCC XXXIV.* in die ſancte trinitatis.

Eccleſiae Eylvvardeſt confertur unus manſus & curia

A. 1334.

NVM. CCXXXIII.

Priuilegium de quatuor manſis & curiis *in* Gorz *ſitis a* Burchardo *de* Querfurt *datum* CIↃCCCXXXV.

Ann. 1335.

Burchardus

IN nomine domini, amen. Nos BVRCHARDVS nobilis de *Queruuorde* & dominus in *Nebere* recognoſcimus & tenore preſentium publice profitemur, quod *conſenſu* dilecti patrui noſtri, domini *Brunonis*, *canonici* maioris eccleſie in *Magdeburg* accedente *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwardeſtorp*, pro ſalute animarum omnium progenitorum noſtrorum donauimus *quatuor manſos* & *quatuor curias in* uilla & campis *Gortz* ſituatos, ſol-

eccleſiae Eylvardeſt. donat quatuor manſos & curias

ſoluentes ſingulis annis in feſto Michaelis *quatuor marcas* & *dimidium*, cum omni *iure* & *dominio*, quod in ipſis iure hereditario nobis fauente habuimus, titulo *proprietatis* perpetue poſſidendos. Promittimus etiam ueraciter preſentis ſcripti teſtimonio pretaxata bona *disbrigare* & *autorizare* ab omnibus hominibus, qui dictam eccleſiam impeterent de eisdem & ipſam penitus indempnem reddere & conſeruare, taliter quod in eis ſine impedimento cuiuslibet impetitionis ualeat permanere. In cuius donationis teſtimonium & robur perpetue firmitatis preſentem litteram *ſigillo* noſtro duximus roborandam. Et nos *Bruno* canonicus ſupradictus huic donationi conſentiens in maiorem rei euidentiam *ſigillum* noſtrum preſentibus duximus apponendum. Teſtes huius rei ſunt, *Conradus*, pincerna in Nebere, *Ian* de Glina, *Albertus* de Gala dictus & alii quam plures fide digni. *Actum & datum anno domini MCCCXXXV. dominica, qua cantabatur:* Oculi. A. 1335.

promittens euictionem

NVM. CCXXXIV.

Priuilegium de uilla Schilden *ab* Ottone *utroque & ſeniore & iuniore de* Ylburg *monaſterio* Dobirlucenſi *datum* CIƆCCCXXXV. Ann. 1335.

IN nomine domini, amen. Cum habere omnium memoriam & in nullo penitus uacillare, potius ſit diuinitatis, quam humanitatis. Inde igitur eſt, quod nos OTTO *ſenior* & OTTO *iunior* fratres dicti de *Ylburg* & domini in Sunnenwalde tenore preſentium in notitiam uniuerſorum & ſingulorum uolumus publice peruenire, quod deliberatione exacta & prehabita religioſis uiris, *abbati*

Otto ſenior & iunior fratres de Ilburg

bati & *conuentui* in *Dobriluc* nec non ipſi eccleſie uendidimus & per preſentes literas uendimus iuſto uenditionis contractu pro *ſexaginta ſexagenis groſſorum Pragenſium* uillam ſcilicet *Schilden*, cum omnibus & ſingulis *agris* cultis & colendis, *lignis*, *rubis*, *paludibus*, *pratis*, *paſcuis* aliquis, *riuulis*, *molendinis* ſtructis & ſtruendis & plane cum *omnibus* & *ſingulis* quoad feodum & poſſeſſionem inter limites ad ipſam ſpectantes contentis, eo *iure* & *libertate*, quibus poſſediſſe noſcimur pleno iure, abrenunciantes premiſſis omnibus & ſingulis, quoad feodum & poſſeſſionem, quo ad nos & noſtros heredes ſolempniter in hys ſcriptis, etiam *uenationibus* & omni *iuri*, quod nunc nobis in premiſſis competit uel poſſet competere in futuro ex cauſa quacunque & omni ei, de quo foret ſpecialis mentio facienda, quod in clauſulam non incidit generalem transferentes in ipſos omnia & ſingula ſicut poſſedimus pleno iure. Termini ipſius uille ſic ſe habent: quod primo proceditur a ſigno, quod eſt iuxta uiam uerſus *Vbegow* usque in uiam, que diuidit agros uille *Nuendorf* & *Schilden*, ab hac proceditur usque ad *collem* contra ſiluam, que dicitur *Coccoth*, ubi duo ſigna ſunt ſita, a quibus ſignis itur iuxta predictam ſiluam usque ad *uadum* contra uillam *Wiltgrube*, ubi ſignum publicum eſt ſitum, hoc adiicientes, quod ruſtici predicte uille, uidelicet *Schilden* a duobus ſignis ſupradictis usque ad iam dictum uadum agros excolendi & in ſilua gramina ſecandi & congregandi, nec non pecora paſcendi plenam habeant libertatem. Vlterius uero proceditur a ſigno, quod eſt iuxta uadum per riuulum, qui diuidit predictam ſiluam usque *Drewitz*. Ita quod illa pars, que eſt contra uillam Schildin eidem uille remaneat. Reliqua

[Margin: uillae Schilden monaſterio Dobriluccenſi pro 60 ſexagenis groſſorum uenditae renunciant.]

[Margin: definitis eius terminis.]

[Margin: Ruſticorum iura.]

qua uero pars ultra riuulum uille Wiltgrube pacifice maneat poſſidenda. Si uero procedente tempore inter limites uille ſepedicte Schildin & uille Droſedow rixam qualemcunque contingeret ſuboriri, ipſam in quantum ualemus, uolumus disbrigare. Teſtes huius rei ſunt, *Otto* de Ketelitz, *Ramuoldus* de Rodeſtok, *Heinricus* de Slaberndorf, *H.* de Rychinheym, *Iohannes*, prefectus in Wardenbruke & alii plures fide digni. In cuius rei euidentiam nos dicti fratres de Ylburg preſentem literam noſtris *ſigillis* duximus roborandam. *Datum anno domini MCCCXXXV. in die beati Laurencii martiris glorioſi.* Teſtes. A. 1335.

Verſio coaeua

NVM. CCXXXV.

Priuilegium, ſo das Cloſter zum Doberlug von Otten dem åltern und iüngern von Jlburg über das Dorf Schilden erhalten CIↃCCCXXXV. Ann. 1335.

In dem namen gotis des herren/ amen. Alle ding zu habne in gedechtniſſe iſt nicht menſchlich ſunder götlich/ hirvm ſo wollen wir OTTE der alde vnd OTTE der iunge/ gebrůdere von Ylburk vnd herren zu Sunnenwalde daz ſon meynunge diſſ brieues zu wizzene werde allen lůten/ daz wir mit wolbedochten mute vorkoft habn vnd mit craft diſſ brieues eyns rechtin koufs forkufen den geiſtlichen lůten dem Abte vnd dem conuente vnd dem cloſtere zum Dobirluge vm̄ ſechzik ſchok Pregiſcher groſchen daz dorf Schilden mit alle ſynre zugehörungen / mit ackern gewunnen vnd vngewunnen / mit hölzern/ püſchen/ bruchern/ weſin/ weyden/ wazzirn/ Otte der åltere und Otte der iüngere von Jlburg geben dem Cloſter zum Doberluge das Dorff Schilden,

umb 60. Schock Groſchen zirn/fliezen/ mit Mülen/ di gebuwit ſyn vnd di man noch buwen müchte vnd ſlechtlich mit alleme rechte vnd fryheit/ als wir daz ſelbe dorf mit alle ſynen zugehörungen gehat habn vnd beſezzin vnd treten des abe vnd vorzyen vns alle diſer vorgenanten dinge/ beyde an lenen vnd an beſitzunge vor vns vnd vor alle vnſer erben achtberlich in diſen ſchriften vnd ouch der wiltyaget vnd alle des rechtes/ daz vns nu/ adir in zukünftigen zyten an den ſelbin gütern müchte angelangen/ von welchen ſachen das were vnd alle des/ daz man ſunderlich benümen ſolde in eyner ſulchen offenbaren vortzyunge vnd wyſen doran daz forgenante cloſtir mit follene rechte. Di endin vnd die grenitzen

deſſen Grenzen diſer gütere di habn ſich alſo/ von dem zeychen/ das do iſt by dem wege kegen Obegow/ kumt man biz an den weg/ der da get zwiſchen den ackirn der zweyer dörfer Schilden vnd Nüendorf/ von dem wege gen ſi denne biz an eyn vfgeworfen mal/ daz kein dem puſche lyt/ den man nennet den Coccoth/ do zwey zeychen ſyn/ von den zeychen get man by demſelben puſche hin biz uf den vort kein dem dorf/ daz man nennet Wiltgrube/ do lyt eyn offenbar zeychen/ Ouch legen wir zu dem ſelbin dorfe Schilden/ daz di gebür do ſelbis fryheit habn ſullen acker zu machene von den vorgeſchrebin zwey zeychen biz vf den ſelbin vort kein der Wiltgrube vnd ſullen fryheit habn gras zu houwene vnd zu ſammene/ in dem ſelbin puſche vnd ir vie dornyn zu trybene vnd denn von dem tzeychene by diſem vorte get man hin by dem flieze das da teylit den ſelbin puſch biz kein Drewitz/ alſo daz das teyl des puſches/ daz da lyt kein dem dorfe Schilden/ ſal bliben bi dem ſelbin dorfe/ das andir teyl uff yene ſyten des fliezes ſal bi der wiltgrube

de bliben/Giſcheg iz ouch/ daz hir noch in zyten crig fil lychte uf ſtunde zwiſchen den zwen dorfern Schilden vnd Droſedow vm̃ er beider grenzin/ den crig ſullen wir vnd wollen en entſcheiden. Diſer dinge ſint gezuge/ **Otte von Kettelitz/ Ramboldo fon Rodeſtok/ Heinrich fon Slabirndorf/ Herman** von Rychenheim/ **Hans** heubtman zu Wardembrücke vnd me fromer lüte/ den wol zu glenbne iſt vnd dorzu ſo han wir vorgnante gebrudere von Ylburg zu eim offenbarn gezugniſſe diſen brief mit vnſern Ingeſigeln geſterkit/ der gigebn iſt/ do man tzalte noch gots gebort dritzenhundirt Jar vnd fünf vnd drizzig Jar/ an ſente Lauren. tage des grozen Merterers. Zeugen A. 1335.

NVM. CCXXXVI.

Litterae ſupplices Ottonis *utriusque & ſenioris & iunioris de* Ylburg *ad* Rudolphum, *electorem* Saxoniae CIↃCCCXXXV. Ann. 1335.

ILluſtri principi & domino ſuo plurimum reuerendo domino *Rudolfo* duci Saxonie *Otto* ſenior & *Otto* iunior dicti de *Ylburg* & domini in Sunnenwalde, paratiſſimum in omnibus ad queuis beneplacita famulatum. Dominationi ueſtre preſentium tenore cupimus eſſe notum, quod ex magna & euidenti captiuitatis neceſſitate compulſi ſumus uendere quandam uillam nomine *Schilden*, quam & uendidimus & a nobis iuſte emptionis contractu religioſi uiri, dominus *abbas* cum *conuentu* in *Dobirlug* pro *ſexaginta ſexagenis groſſorum Pragenſium* compararunt. Eapropter dominationis ueſtre reuerentiam inſtantiſſime duximus exorandam, quatenus diuine remunera tionis

Otto ſenior & iunior de Ilburg

orant Rudolphum, ut uillae Schilden proprietatem monaſ-

ſterio Dobirluc. conferat. tionis intuitu & noſtri ſeruitii ob reſpectum, ſupradicte uille *proprietatem* dictis religioſis uiris & eccleſie in Dobirlug liberaliter conferatis, promittimus enim hys patentibus, quod quamcito preſentiam ueſtram habere poterimus, tunc absque omni dolo dicto domino abbati & conuentui uelimus oretenus predictam uillam & manualiter

Teſtes. reſignare. Teſtes ſunt, OTTE de Keteliz, *Ramuoldus* de Rodeſtoc, *H.* de Slaberndorf, H. de Rychenheym, *Iohannes*, prefectus in Wardenbrucke & multi alii fide digni. In cuius rei euidentiam preſens ſcriptum *ſigillis* noſtris duximus ro-

A. 1335. borandum. *Datum anno domini MCCCXXXV. in craſtino beati* Laurencii *martiris*

NVM. CCXXXVII.

Priuilegium a Rudolpho *electore* Saxoniae *monaſterio* Dobirlucenſi *datum*

Ann. 1336. CIƆCCCXXXVI.

IN nomine domini, amen. Acta hominum cum paginarum munimentis ideo ſolent & uoce teſtium perennari, ne cum lapſu temporis

Rudolphus Saxoniae elector a memoria ſimul decurrant. Nos igitur RVDOLFVS Dei gratia *dux Saxonie, Angarie, Weſtfalie, comes* in *Bren*, ſacri Romani imperii *archimarſcalcus*, ad uniuerſorum notitiam tam preſentium quam futurorum uolumus publice deuenire, quod ob Dei & matris ſue Marie uirginis reuerentiam, nec non omnium ſanctorum ac noſtre & omnium noſtrorum progenitorum animarum ſalutem dedimus & damus, donauimus ac ſolempni donatio-

iuri ſuo in uilla Schilden ne donamus *proprietatem* ſuper uillam, que uocatur *Schildin* & ſuper uniuerſa, que huic uille appendent & ad eam pertinent communiter aut diui-

diuiſim, quocunque nomine cenſeantur, *abbati* & *conuentui* ordinis Ciſtercienſis in *Dobrilug pleno iure* abrenunciantes ſimpliciter & in toto omni iuri nec non actionibus, que in hac uilla & ſuis appendiciis dinoſcimur habuiſſe, transferentes omnia ea in monaſterium predicti conuentus, quiete & pacifice tempore perpetuo poſſidenda. In quorum omnium publicum teſtimonium preſentem paginam conſcribi fecimus & munimine noſtri *ſigilli* roborari. Et ſunt teſtes, *Heinricus*, pincerna de Schenkendorf, *Hartmannus* Magir, *Gero* de Byer, *Gerhardus* de Wederden noſtri milites & uaſalli, *Iohannes* prepoſitus in Kemeric noſter prothonotarius, *Iohannes* de Gubbyn, Patauienſis canonicus, noſter notarius cum pluribus aliis fide dignis. *Datum & actum* Wittenberg *anno domini M CCC XXXVI. dominica, qua cantatur*: Inuocauit.

monaſterio Dobrilucenſi donato renunciat.

Teſtes.

dat. Vitebergae A. 1336.

Verſio coaeua

NVM. CCXXXIIX.

Priuilegium, ſo das Cloſter zum Doberlug von dem Churfürſten in Sachſen / Rudolph / erhalten CIↃCCCXXXVI.

Ann. 1336.

IN dem namen des herren / amen. Die tete der lüte die bewart man vnd macht ſi ewig mit brieuen vnd mit getzügen / dorvm daz ſi icht mit dem loufte der tzyt glyten hin vnd vorlieſen ſich ſam gedechtniſſe der lüte / hirvm Wir RVDOF fon gotis gnaden hertzoge tzu Sachſen / tzu Angern vnd tzu Weſtfalen / Graue tzu Bren vnd des heiligen Römiſchen Rychis ertzemarſchalck / wollen das wizlich ſi offenberlichin allen den / di nu ſin vnd in tzukünftigen tzyten werden ſin / daz wir gote vnd ſinre liebn mutir der heiligen Juncfrown Marien

Rudolph, Churfürſt zu Sachſen

übergicht dem Cloſter zum Doberluge ſein Recht an dem Dorffe Schilden. Marien vnd allen heiligen zu eren vnd zu werdekeit vnd allir vnſer eldirn ſelen zu ſelikeit/ mit einre erbern/ achtbern/ offenbarn gebunge/ gegebn habn vnd gebin di eigenſchaft des dorfes/ daz Schilden genant iſt vnd allis des/ daz zu dem ſelbin dorfe zu gehört gemeinlich vnd ſündirlich/ wi man daz benennen müchte/ dem Abte vnd dem conuente des grawin ordins zum Dobirluge / mit folleme rechte vnd vorzien vns ſchlechtlich in gantz vnd gar alles rechtes vnd eigenſchaft / di wir an demſelbin dorfe vnd an alle ſinen zugehörungen gihat habn vnd alle diſe dinge/ di legin wir zu dem vorgenanten cloſtire vnd dem conuente do ſelbis vnd wiſen ſi doran/ zu beſitzene fredelichin vnd geruweclichin tzu ewigen tzyten vnd der dinge allir tzu eim offenbarn getzügniſſe / ſo han wir diſen keinwörtigen brief dorübir lazin ſchriben vnd mit unſerm Ingeſigel bewarn vnd beueſten. Diſer

Zeugen. dinge ſint getzüge Heinrich/ Schencke von Schenkendorf / Hartmann Magir / Gere von Byer / Gerhard fon Wedirden / vnſe Rittere vnd vnſe man / Johannes / Probſt tzu Kemerik / übirſter ſchriber / Johannes fon Gubin / tumherre tzu Patau vnſer ſchriber vnd me fromer lüte. Gigebn

gegeben in Wittenberg A. 1336. vnd geſchen tzu Wittenberg / do man tzalte noch gots gibort drytzenhundirt vnd ſechs vnd dryzzig Jar / an dem erſten ſuntage in der vaſten.

NVM. CCXXXIX.

Priuilegium a Ludouico IV *imperatore* ordini Teutonico Lithuaniam *conferente, datum* CIↃCCCXXXVII.

A. 1337.

LVDO-

LVDOWICVS quartus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus uniuerſis chriſti fidelibus preſentibus & poſteris gratiam ſuam & omne bonum. Multifariam multiſque modis uariis chriſtianus populus, quem orthodoxe fidei fulgor illuminat diuerſarum uirtutum iubare irradians & preclarus ſacrum ac felix Romanum imperium cunctis mundi preſertim principatibus quibuslibet barbaris prepollere nationibus fecit inpreterito, uerum etiam diſponente omnium domino efficiet in futuro, nempe publice rei tuitio de ſtirpe gemina pullulans uimque ſuam exinde muniens celibi uidelicet militia ſolidat & confirmat, ſicque eminentia extollitur & peruerſorum preſentim crucis chriſti inimicorum infideiium malitia extra mundi terminos profugatur. Ea propter non tantum in noſtris armatis militibus ſeu bellorum ducibus, quantum in religioſorum aſſidue Deo militantium deuotis interceſſionibus & aliis piis operibus noſtre ſpei anchoram figentes, coruſcantis glorie noſtre ſolium ſublimius & ſolidius in ſpeculo ſubleuatur. Religioſam itaque uitam ducentibus ſerenitatem noſtram conuenit proſpicere, ipſorum utilitatibus intendere, ut felicis ſtatus recipiat incrementum & ad eorum facultates augendas generoſa largitio principis excitetur. Inter ceteros autem illi precipue noſtram gratiam beneficia & beneuolentiam promerentur, quibus ſoſpitalitatis piiſſime & defenſionis reipublice nec non alia pietatis opera ſuffragantur, qui abiectis rebus ſuis propriis, uoluntatibus abdicatis ſpretoque ſuorum corporum cruciatu aſſcendentes in aduerſo pro Romano imperio & domo Ieruſalem ſe mu- Prologus

rum non formidant exponere & in proprio ſanguine pro fide catholica & paternis legibus animarum ſuarum pallia rubricare, ueluti uenerabilis in Chriſto frater *Theodorus* de *Aldenburg* magiſter generalis princeps noſter & Romani imperii cariſſimus ceterique *fratres ordinis hoſpitalis beate Marie domus Theutonicorum Ieroſolimitani*, quorum ſancta religio ab imperialibus beneficiis ſumpſit initium ac imperialis ortus floridus imperatorum plantula & factura a nullo principe tantum quantum ab imperatoribus in rebus temporalibus incrementum. Hinc quia uenerabilis magiſter & fratres prelibati & totus illibatus ordo grata & laborioſa ad diuini nominis laudem & gloriam & catholicam fidem ampliandam-ſeruitia, in quibus agendis inceſſanter & ſtrenue ſe immiſcent, ſe nobis ualde gratioſos & placidos repreſentant, non immerito ad tam pii negotii ſubſidium feruidis deſideriis anhelamus ipſos ad beneuolos applauſiue dulcedinis admittentes amplexus. Nam nouiſſimis iſtis temporibus illuſtris princeps patruelis noſter dilectus, *Henricus* dux Bauarie egregias edificiorum iuncturas in fidelium *Lytiuinorum* regionibus primogenitas indiſſolubiliter in perpetuum ad totius orthodoxe fidei machinam ſupportandam annuente altiſſimo ueluti columnarum preſtantia permanſuras utpote *caſtrum capitale* totius terrae *Lythouiae* prouide conſtruxit, cooperante ad hoc uenerabilium generalis magiſtri & ſuorum fratrum conſilio & auxilio. Ob eiusdem patruelis noſtri interuentum & ſtrenua merita predictorum fratrum ipſis & beato ordini memorato ad laudem & gloriam omnipotentis Dei & beatiſſimae uirginis Mariae matris ſue glorio-

Caſtrum Lithuaniae ab Henrico conſtructum

Ordini Teutonico Lithuania donaturi

ſe.

ſet, terram *Lythwinorum* cum omnibus pertinentiis ſuis & partibus cuiuscumque *ydiomatis* ſiue *Samayten, Karſow* uel *Ruſye* ſeu alterius cuiuscunque exiſtant, prout nunc ſunt uel ad quamcunque fidem declinauerint de imperiali auctoritate *donamus pure & irreuocabiliter* iure proprio in perpetuum pro ſe & ſuis ſucceſſoribus recipientibus dictam terram. Denique fratrem *Theodericum* felicem noſtrum & imperii principem nomine *dicti ſacri ordinis inueſtimus de eisdem cum* adminiſtratione temporalium & iuriſdictione eiuſdem plenaria principatus. Cui quidem *caſtro principali* idem noſter patruelis dilectus *nomen* & *inſignia* armorum & uexilli *terre Bauarie*, que *Beyern* dicitur, appropriauit. Ita quod inſignia ſui uexilli ea debent honoris & dignitatis prerogatiua pollere, ut pre omnibus uexillis aliis in expeditionibus contra *Lythwinos ſint anteriora in* aggreſſu & ultima in receſſu & nichilominus predicte regionis incole, quos opitulante omnium conditore in eadem terra felici ſuccedente temre inhabitare contigerit, in prefato caſtro capitali debebunt requirere ſua iura. Dictus etiam patruelis noſter dilectus glorie & laudis Dei matrisque ſue glorioſe non immemor ſed iuſte & religioſe cogitans deliberauit una cum praefato magiſtro uenerabili, maturo prehabito conſilio inſtituendam & conſtruendam fore in predicta terra, quam primum cum omnipotens Deus fide catholica ampliauerit *eccleſiam cathedralem*, in qua tanquam in eccleſia metropolitana archiepiſcopus ſit metropolitanus, una cum canonicis ibidem inſtituendis perpetuo permanebit & ſi qui ſuffraganei opitulante domino impoſterum creabuntur, illi eidem archiepiſcopo tanquam ſuo metro-

Theodericus de eadem inueſtitur

Inſignia dicti caſtri

Templum cathedrale

metropolitano ſuberunt & ſibi exhibebunt in omnibus obedientiam, reuerentiam debitam & honorem, que quidem eccleſia & archi epiſcopatus *Beyren* appellabitur in aeternum. In cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi & noſtra bulla aurea ſignoque noſtro conſueto iuſſimus communiri. *Datum* Monaci *VI. non. decembr.* anno domini milleſimo *trecenteſimo triceſimo ſeptimo, indictione quinta, regni noſtri anno uiceſimo tertio imperii noſtri decimo.*

dat. Monachii A. 1337

Signum domini Ludowici Romanorum imperatoris inuictiſſimi.

NVM. CCXL.

Priuilegium a Brunone *de* Quernforde *eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIↃCCCXXXVII.

Ann. 1337. Bruno de Querfurt

IN nomine domini, amen. Nos BRVNO nobilis de *Quernuorde*, commorans in *Viſcenburch* recognoſcimus publice proteſtantes, quod *conſenſu* heredum noſtrorum *accedente proprietatem unius manſi* & *curie* in uilla & campis *Barnſtede* ſituati, ſoluentis *marcam* annue penſionis, quem *Heyno* dictus *Hoſe*, necnon *uxor* ſua a domino *Hinrico* de *Ochelitz* mili[illegible]*ccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwarſtorp* ſuo pretio compararunt, cupientes ſibi eterne beatitudinis premium comparare, eidem eccleſie contulimus propter Deum perpetuo poſſidendum. Vt autem huiusmodi donatio firma & inuiolabilis iugiter permaneat, *ſigillum* noſtrum preſentibus in teſtimonium & maiorem euidenciam duximus apponendum. *Actum & datum anno dominice incarnationis milleſimo, trecenteſimo triceſimo ſeptimo in craſtino ſancti* Iohannis *ante portam latinam.*

unum manſum & curiam

eccleſiae Eyvvardeſt. confert

A. 1337.

NVM.

NVM. CCXLI.

Priuilegium a Brunone *de* Querfurt *eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIϽCCCXXXVIII. Ann. 1338.

IN nomine domini amen. Nos BRVNO nobilis de *Quernuorde*, dominus de *Viſcenburch* recognoſcimus per preſentes, quod *conſenſu heredum* noſtrorum accedente *dimidium manſum* & *curiam* ſibi attinentem in uilla & campis *Barnſtede*, *dimidium* quoque *manſum* & *curiam* in *Gerendorp* ſituatos, ſoluentes *marcam* annue penſionis, quos *Iohannes* dictus de *Schapſtede* caſtellanus in Viſcenburch a nobis in feudo poſſidebat, ex reſignatione ipſius liberos habentes, *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwarſtorp* contulimus propter Deum titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendos. Penſio autem iam dicta diuidetur in hunc modum: *dimidiam marcam* recipiet *unus ſacerdotum*, qui duas miſſas complebit ſingulis ſeptimanis, *alia dimidia* in *anniuerſariis* dominorum *Heyſonis* uidelicet dicte ſummule & ſue uxoris, que dictam penſionem ſuo precio comparauit, manebit *conuentui ſeruitura*. Vt autem huiuſmodi donatio & ſepedicte penſionis partitio, prout premiſſum eſt, inuiolabiliter obſeruetur, *ſigillum* noſtrum preſentibus eſt appenſum. *Datum anno domini MCCCXXXVIII. feria tertia poſt diem conuerſionis ſancti* Pauli. A. 1338.

Bruno dimidium manſum & curiam in Bar ſtede & Gerendorp eccleſiae Eylvvard. confert.

Diſpoſitio de reditibus.

NVM. CCXLII.

Priuilegium a Brunone *de* Querfurt *eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIϽCCCXXXIIX. Ann. 1338.

 In

IN nomine domini, amen. Nos BRVNO nobilis de *Quernuorde*, dominus in *Viſcenburch* recognoſcimus per preſentes, quod *dimidium manſum* in campis uille *Nemmelinſtorp* ſituatum, ſoluentem ſingulis annis *fertonem* & *dimidium* & *lotonem dimidium*, quem a nobis *Herbordus* caſtellanus in *Quernuorde* iure poſſedit feudali, contulimus ecclesie ſancte Marie uirginis in *Eylwerſtorp* titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendum. Vt autem illa donatio firma & inuiolabilis iugiter permaneat, dedimus preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum. *Actum & datum anno dominice incarnationis MCCCXXXVIII. in die ſancte uirginis* Katherine.

Dimidius manſus confertur eccleſiae Eylvvardeſt.

A. 1338.

NVM. CCXLIII.

Priuilegium de dimidio manſo *in* Grocſtedt *eccleſiae* Eylwardeſtorpienſi *a* Brunone *de* Querfurt *collato* CIↃCCCXXXIIX.

Ann. 1338.

IN nomine domini, amen. Nos BRVNO nobilis de *Quernuorde* commorans in *Viſcenburch* tenore preſentium proteſtamur, quod *dimidum manſum* in campis uille *Grocſtede* ſituatum, ſoluentem *fertonem* annue penſionis, quem a nobis honeſtus famulus *Herbordus* dictus de *Glina* iure poſſedit feudali, *eccleſie* ſancte Marie uirginis in *Eylwardiſtorp* propter Deum contulimus titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendum. Vt autem hec donatio firma & inuiolabilis iugiter permaneat, dedimus preſentem litteram noſtri *ſigilli* munimine roboratam. *Actum & datum anno domini MCCCXXXVIII.*

A. 1338.

NVM.

NVM. CCXLIV.

Priuilegium a Burchardo *comite* Manſfeldenſi *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIƆCCCXXXIX.

Ann. 1339.

NOs BVRCHARDVS Dei gratia comes de *Manſfeld* uniuerſis ac ſingulis Chriſtifidelibus, preſentes uiſuris ac audituris. Recognoſcimus tenore eorundem publice profitendo, quod ob diuine clemencie retributionem & noſtre anime noſtrorumque progenitorum ſalutem, nec non precum dilecti noſtri fidelis *Ottonis* dicti *Stroſen* militis intuitu, *proprietatem parrochialis eccleſie* beati *Stephani* ſite in uilla *Gaterſlede* dedimus & in contextu donamus ſancte *conuentuali eccleſie* in *Eiluerſtorp omni iure,* quo ad nos hactenus uidebatur pertinere, perpetue poſſidendam. In cuius rei robur maius ac euidentiam pleniorem *ſigilli* noſtri appendencia ſcriptum preſens noſtre donationis preſentis fecimus roborari. *Actum & datum* anno domini *milleſimo, triceteſimo, triceſimo nono, dominica proxima ante Katherine uirginis glorioſe.*

Proprietas parochialis eccleſiae in Gaterſtede monaſterio Eylvard. confertur.

A. 1339.

NVM. CCXLV.

Priuilegium ab Ottone *iuniore de* Ylburg *monaſterio* Dobirlucenſi *datum* CIƆCCCXLIII.

Ann. 1339.

IN nomine domini, amen. Nos OTTO iunior dictus de *Ylburg*, dominus in *Sunnenwalde* & *Wardenbrucke* tenore preſentium profitemur, quod religioſis uiris, domino *Iohanni* abbati in *Dobrilug* & *conuentui* ibidem iuſto uenditionis titulo *duo molendina*, que inuenimus in ſuorum

Otto de Ilburg

duo molendina

monaſterio Dobrilucenſi uendit nouis molendinis conſtitui prohibitis

molendinorum preiudicium exſtructa, rite uendidimus pro *quadraginta ſexagenis groſſorum.* Ita plane, quod de cetero nec per nos, nec per heredes ſeu ſucceſſores quoscunque noſtros conſtrui debeant molendinum uel molendina ſiue aquis ſiue uentis uoluantur, malleus uel mallei ſiue aliud quodcunque impedimentum uel obſtaculum quocunque cenſeatur nomine, de quibus poſſet uel deberet mentio fieri ſpecialis, per que dicti domini abbatis & conuentus in *Dobirlug molendina* in *Wardenbruck* uetus & prope Wardenbruck nouum ſita poſſent aliquatenus impediri. Promittimus etiam prefatis domino *abbati* & *conuentui* in *Dobirlug*, quod iam dicta *duo molendina* in *Wardenbrucke* & prope ſita cum omni *iure* & *libertate* absque quolibet impedimento & impetitione cum omnibus attinentiis & terminis ſuis, cum littoribus tam ex una parte Aleſtre, quam ex altera, cum lignis & piſcationibus ſuis & ceteris quibuscunque gratiis a principibus, patribus & predeceſſoribus noſtris indultis & conceſſis quiete & pacifice perpetuis futuris temporibus debeant poſſidere. Ita quod neque nos neque heredes ſeu ſucceſſores noſtri ualeamus nobis in prehabitis molendinis & ipſorum terminis & ceteris preexpreſſis aliquid iuris in cuncto poſtfuturo tempore uendicare, aut prefatos dominum abbatem & conuentum de Dobirlug in aliquo perturbare. Adiicientes, quod quicunque hominum in dictis molendinis deinceps molere uoluerint, liberam ſemper habeant facultatem, nec umquam a nobis uel a noſtris prohibeatur, quin ipſa molendina ſepedicta poſſint commode & licite frequentare. In cuius rei euidentiam *ſigillum* noſtrum una cum *ſigillis* carorum noſtrorum germanorum, *Ottonis* ſenio-

cum omni iure, libertate & pertinentiis

facta renunciatione

ſaluoque iure molentium

Sigilla

ſenioris de Ylburg, domini in *Sunnenwalde* & *Botonis* de Ilburg canonici in Merſeburg preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt iam dicti fratres noſtri, *Titzcko* de Buckenſtorf, *Heinricus* de Syden, milites, *Henſchil* de Dreynſtorf, *Heinricus* Toyſe, uaſalli noſtri & alii quam plures fide digni. *Datum anno domini M CCC XLIII. in uigilia beati* Andree *apoſtoli*. Teſtes. A. 1343.

Verſio coaeua

NVM. CCXLVI.

Priuilegium, ſo das Cloſter zum Doberlug von Otten / dem iungern von Ylburg erhalten CIↃCCCXLIII.

Ann. 1343.

Otte von Ilburg beſtetiget dem Cloſter zum Doberluge zwö Mühlen bey Wardenbrück,

IN dem namen gotis des herren/amen. Wir OTTE genant der iunge von Ylburg/ herre zu Sunnenwalde vnd zu Wardenbrücke/ bekennen mit lute diſſ brieues/ daz wir den geyſtlichen lüten herrn Johanſe/ dem abte vnd der ſamenunge zum Dobirluge vorkouft habn eyns rechten koufs zwe mülen/ di wir dir kanten / daz ſi iren mülen zu ſchaden gebuwit waren/ vm̄ virzig ſchok groſchen/ in ſulchir wyſe ſlechtlich / daz wir/ noch vnſere erbin/ noch keyner vnſer nachkümelinge nummermer gebuwen ſullen mul noch mülen/ di daz wazzir trybe adir der wynd/ noch hammer noch hammere/ noch andirs keynerleye hindirniſſe/ wi man daz benennen ſulde vnd do von ſundirlich gedechtniſſe zu tune were in diſem breue/ do von di mülen des forgenanten Abtis vnd samenunge beyde di alde vnd ouch di nuwe zu Wardenbrücke müchten ſchaden adir hindirniſſe genemen in welchir wyſe daz were vnd globn den vorgenanten Abte vnd Samenunge zum Dobir-

birluge/ daz ſi di ſelbin mulen zu Wardenbrůcke ald vnd nuwe mit alleme rechte vnd mit allir
mit allem Rechte und Zubehör.
frybeit vnd ane alliz hindirniſſe vnd ane anſprache mit allin iren zugehorungen/ mit allen iren enden vnd maln/ mit beyden vuern/ beyde uf gene ſyten der Elſtere vnd ouch uf diſe ſyte/ mit hölzirn/ mit fiſcheryen vnd mit alle den gnaden/ di en von vörſten/ von vnſern vetirn/ adir von vnſen vorvarn/doran geſchen/gelegen adir gigebn ſyn/ ſullen fredelichen vnd geruwiclichen habn vnd beſitzen zu
Verzicht.
ewigen zyten/ Alſo daz weddir wir noch vnſere erbin/ adir nachkömelinge ſullen noch emmügen an den vorgeſchreben mülen vnd an alle iren zugehörungen keynerleye Recht nummermer gehabin/ noch di vorgenanten abt vnd ſamenunge zum Dobirluge in keine wys doran betrüben vnd legen en
Freyheit zu malen.
daz dortzu/ daz in denſelbin mülen ſal fryen orloub habn zu malne/ wer do wil vnd ſal daz niemanne vorbieten. Des zu getzügniſſe ſo ſint di Ingeſigle vnſer liebn brüdere/ Otten des alden von Ylburg herren zu Sunnewalde vnd Boten tumherren zu Merſeburg mit mym Ingeſigil an diſen
Zeugen.
brief gehangen Getzuge ſint di ſelbin vnſe brüdere/ Tytze von Buckenſtorf/ Heinrich fon der Syde/ rittere/ Hentſchil von Droynſtorf/ Heinrich Topſe vnd me gutir lüte. Gigebin/ do man
A. 1343.
zalte nach gots gibort drytzenhundirt vnd drey vnd vyrtzig Jár/ an ſente Andreas abinde des heyligen Apoſtiln.

NVM. CCXLVII.

Priuilegium monaſterio Eylwardeſtorpienſi *a* Geuehardo *de* Querfurt *datum* CIↃCCCL.
Ann. 1350.

In

IN nomine domini, amen. Nos GEVEHARDVS nobilis de *Quernuorde* uniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus preſentia uiſuris & audituris. Recognoſcimus preſentium ſub tenore publice profitendo, quod cum *conſenſu* dilecti *patrui* noſtri *Geuehardi* Merſeburgenſis eccleſie canonici ob ſpem diuine remunerationis & noſtre anime noſtrorumque parentum & progenitorum ſalutem *ius patronatus* parrochialis *eccleſie* beati *Wenzeslai* ſite in uilla *Barnſlete* dedimus & donamus ſancto *monaſterio* in *Eylwarſtorp* cum *omni iure*, quo ad nos hactenus uidebatur pertinere, poſſidendam. In cuius rei robur maius ac euidentiam pleniorem preſens ſcriptum noſtre donationis *ſigillo* noſtro fecimus roborari, Et nos *Geuehardus* canonicus antedictus in teſtimonium noſtri *conſenſus* & bone uoluntatis huiusmodi donationi adhibite, *ſigillum* noſtrum preſentibus duximus apponendum. Huius rei teſtes ſunt, dominus *Fredericus*, ſacerdos in caſtro Querenuorde & famoſi uiri *Iohannes* dictus de Schapſtede & *Thidericus* Preteſt caſtellani in Vitzenburch & alii quamplures fide digni. *Datum anno domini MCCC L. die beati Agapiti martiris.*

Ius patronatus eccleſiae in Barnſtedo monaſterio Eylvvardeſt datum. Geuehardi conſenſus

A. 1350.

NVM. CCIIL.

Priuilegium ab Alberto Mansfeldenſi *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIↃCCCL.

Ann. 1350.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. ALBERTVS de *Manſuelt* Dei & apoſtolice ſedis gratia Halberſtadienſis eccleſie electus & confirmatus in perpetuum. Cum omnibus eccleſiis nobis in domino ſuffragantibus noſtrum teneamur

Prologus

patro-

patrocinium impartiri, eis tamen ſpecialiter ducimus prouidendum, quorum circa nos deuotionis opera ſentimus uberius pullulare. Ea propter notum eſſe uolumus uniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentis temporis quam futuri, quod cum *monaſterium* ſancte Marie uirginis in *Eylwardeſtorp*, ordinis ſancti Benedicti *ius patronatus* parrochialis *eccleſie* ſancti *Wenzelai* in *Barnſtede* banni orientalis legitime poſſideret, ita quod de eius locatione ad abbatis officium pertineret. Nos ad indigentiam perſonarum illarum, que in iam dicto monaſterio Deo famulantur, pium reſpectum habentes eandem *eccleſiam parrochialem* cum bonis eidem attinentibus ad uſus fratrum ipſis *incorporando* contulimus & conferimus per preſentes. Ratam habentes ordinationem omnem, quam ipſi fratres una cum abbate de eis ad communem utilitatem duxerint ordinandam. Verum ne per hanc collationem ſiue incorporationem per nos factam & per abbatem Nicolaum approbatam *archidiaconi ius* ledatur, ſtatuimus & precipimus obſeruari, ut cuique fratrum abbas duxerit parrochiam committendam ab *archidiacono recipiat curam animarum* & ſingulis annis de ipſa dimidius lotho ſynodalis perſoluatur. Eo autem uiam uniuerſe carnis ingreſſo, qui curam ab archidiacono recepit, a ſucceſſore eiuſdem archidiacono *una marca* noſtri Steyndalgenſis argenti pro *ſynodalibus* perſoluatur, nec amplius aliquid ſepedictus archidiaconus exiget ab eodem. Si uero perſona in predicta eccleſia parrochiali conſtituta inutilis exiſteret, per abbatem & conuentum commonita primo ſecundo & tertio, ſi noluerit emendari, remoueatur. Idem de ipſius ſucceſſoribus

Eccleſia parrochialis in Barnſtede confertur & confirmatur monaſterio Eylward.

Ius archidiaconi

Remotio ab officio.

ribus precipimus firmiter in perpetuum obſeruari. Huius rei teſtes ſunt, honorabiles uiri, dominus *Bertoldus* in Reyſtorp, dominus *Henricus* in Wymodeburch abbates, dominus *Iohannes* in Helpede & dominus *Iohannes* in cella prepoſiti & alii quam plures. Et ne impoſterum ſuper collatione premiſſa aliquid ambiguum oriatur, hanc paginam inde conſcriptam *ſigilli* noſtri impreſſione fecimus inſigniri, ſub *intermi-natione anathematis* diſtrictius inhibentes, ne per aliquem ſucceſſorum noſtrorum, uel abbatum, hec noſtra ſtatuta quocunque auſu temerario infringantur, ſed potius illibata permaneant in ſecula ſeculorum. Et nos *Bertoldus* & *Henricus* Dei gratia abbates, *Iohannes* & *Iohannes* eiuſdem gratia prepoſiti ſupradicti in teſtimonium premiſſorum *ſigilla* noſtra preſentibus duximus apponenda. *Actum & datum anno domini M CCC. quinquageſimo. In die Agapiti martiris.* Anathema A. 1350.

NVM. CCIL.

Priuilegium a **Geuehardo** ***de*** **Querfurt Matthiae** ***conuentuali monaſterii*** **Eylwardeſtorpienſis** ***datum*** **CIƆCCCLI.** Ann. 1351.

IN nomine domini amen. Nos *Geuehardus* nobilis de *Quernuorde* tenore preſentium proteſtamur, quod dominus *Mathias* conuentualis monaſterii in *Eylwarſtorp conſenſu* & uoluntate honorabilis uiri domini *Nicolai* abbatis ſui mediante, a nobis pro quadam *ſumma pecunie* comparauit pro remedio anime ſue eccleſie predicti monaſterii bona infra ſcripta titulo *proprietatis* perpetuo poſſidenda, uidelicet *unum manſum* cum *curia* ſibi attinente in uilla & campis *Barnſte* Bona a Matthia emta

de

de ſituatum, ſoluentem *tres fertones* & ibidem *dimidium manſum* cum *curia*, ſoluentem *unum fertonem* in feſto ſancti Mychaelis, condicione tamen hac ſubiuncta, ut idem dominus *Mathias* iam dictus huic penſioni pro neceſſitate ſua quam diu uixerit, perfruatur, poſt mortem autem ipſius ad altare, quod nos edificari fecimus, in predicta eccleſia deſeruiat una cum *redditibus*, quibus idem altare dotauimus, ut in ea ſingulis diebus *una miſſa* compleatur animarum noſtrorum parentum pro ſalute. Vt autem premiſſa emptio & appropriatio per nos & per noſtros ſucceſſores inuiolabiliter obſeruetur, dedimus preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum. *Actum & datum anno domini MCCCLI. dominica, qua cantabatur*: exurge, quare obdormiſti domine.

Diſpoſitio de reditibus uiuo Matthia eoque mortuo.

A. 1351.

NVM. CCL.

Priuilegium *a* Geuehardo *de* Querfurt *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIↃCCCLI.

Ann. 1351.

IN nomine domini, amen. Nos GEVEHARDVS nobilis de *Quernuorde*. Ad noticiam omnium, quorum intereſt & quorum intereſſe poterit in futurum, deducimus, per preſentes publice proteſtando, quod matura deliberatione prehabita honorabili uiro domino *Nicolao* abbati monaſterii in *Eylwerſtorp* & *conuentui* uendidimus bona infra ſcripta pro quadam *ſumma pecunie* titulo *proprietatis* perpetuo poſſidenda, uidelicet *dimidium manſum* cum *curia* ſibi attinente in uilla & campis Barnſtede ſituatum, ſoluentem ſingulis annis *dimidiam marcam* & *dimidium fertonem*. In *Gerendorp dimidium manſum* & *curiam* ſoluen-

Bona a monaſterio Eylvvardeſt. emta

ſoluentem *fertonem* & *dimidium* & *duo ingera* ibidem ſoluentia dimidium fertonem. In uilla *Nemelingeſtorp unum manſum* cum una *curia*; ſoluentem *unam marcam* annue penſionis in feſto ſancti Michaelis. Statuerunt autem predictus dominus abbas & ſuus conuentus, ut *cenſus* iam premiſſus maneat ſeruiens perpetuis temporibus ad conſolationem dominorum. Vt autem premiſſa emptio & appropriatio per nos & noſtros ſucceſſores inuiolabiliter obſeruetur in eternum, dedimus preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum. *Actum & datum anno domini MCCCLI. dominica, qua cantabatur*: Exurge, quare obdormiſcis. Cenſus. A. 1351.

NVM. CCLI.

Priuilegium a Geuehardo *de* Quernuorde *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIƆCCCLI. Ann. 1351.

IN nomine domini, amen. Nos *Geuehardus* nobilis de *Quernuorde* recognoſcimus per preſentes, quod ad preces honeſti famuli *Guntheri* morantis in *Sman* dicti de *Scapſtede* & propter Deum contulimus honorabili uiro domino *abbati & conuentui* monaſterii in *Eylwarſtorp dimidium manſum* in campis uille *Barnſtede* ſituatum ſoluentem *fertonem* annue penſionis, titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendum, quam quidem *fertonem* ſingulis annis recipiet *unus ſacerdotum* dicti conuentus, quem predictus dominus abbas ad hoc conſtituerit, qui per totum annum in qualibet ſeptimana complebit *unam miſſam* in memoriam *Sophie* pie memorie, *Guntheri* ſupra dicti & omnium fidelium defunctorum. In teſtimonium premiſſorum *ſigillum* noſtrum

Dimidius manſus monaſterio Eylvvard. collatus. Reditus.

ſtrum preſentibus duximus apponendum. Huius rei teſtes ſunt *Iohannes*, dictus de Scapſtede, *Tidericus* de Preteſt, noſtri caſtellani & alii quamplures fide digni. *Datum Viſceuburch anno domini MCCCLI. in die ſancti Thome apoſtoli.*

dat. Viſceburgi A. 1351.

NVM. CCLII.

Priuilegium a Geuehardo *de* Querfurt *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIↃCCCLII.

Ann. 1352.

IN nomine domini, amen. NOS GEVEHARDVS nobilis de *Quernuorde* recognoſcimus per preſentes, quod *conſenſu heredum* noſtrorum accedente & omnium, quorum intereſſe dinoſcitur, uendidimus pro quadam ſumma pecunie religioſis uiris, domino *abbati* & *conuentui* in *Eylwerſtorp unum manſum* cum *curia* ſibi attinente in campis uille *Barnſtede* ſituatum, ſoluentem ſingulis annis *tres fertones* & *dimidium* & *duos agros* uidelicet in campis uille *Gherendorp* ſituatos, ſoluentes *dimidium fertonem* & *tres groſſos* annuatim, titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendos. Vt autem iam dicta emptio rata & firma permaneat in eternum, *ſigillum* noſtrum duximus apponendum. Teſtes huius rei ſunt *Iohannes* dictus de Schapſtede & *Theodericus* de Preteſt noſtri caſtellani & alii quam plures fide digni. *Datum anno domini M CCC LII. in die ſancti* Iohannis *ante portam latinam.*

Venduntur monaſterio Eylwardeſt. unus manſus & curia ac duo agri

A. 1352.

Verſio coaeua

NVM. CCLIII.

Priuilegium, ſo das Cloſter zum Eylwardeſtorff von Gebhard von Querfurt erhalten CIↃCCCLII.

Ann. 1352.

Im

INme namen goddiß amen. We Gevehart/ edele herr van Quernuorde/ bekennen an diſine breue/ Dat er Wiffrecht alt abt van Eyluerſtorff Saleman des tüchtigen ritters/ de her Heydenric Thane was genant/ deme god genade hed/ vuß vmb ein gelt aff gekofft twene morgene landis in der Margk to Lodisleue/ twene in Twey felt/ anderhaluen in dat Drede/ deme vorgnanten godishus to Eyluerſtorff ewekken to hebbene met deme eigene/ welk her effte de dicke vorgnanten godishuſis ſamenunge conſolatien meyſter is/ de ſchal alle iar op nemen den tinß/ de von dem vorſproken lande vallen magk vnd ſchall geuen der ſamenunge to der iarzeit des vorgnanten ridderis H. Tannen/ dat ſe vlitlike bidden vnſern hergod vor ſine ſele. Dat diſe vorbeſchreuene dingk eweklikẽ ſtede bliuen/ ſo hebben wie vnſe ingeſigel geheinget an diſſene brive. Diſe dingk tuge ſint Johans von Schappſtede/ Otto Schinning/ Oluic/ ſin Broder vnd ander guder lude vele. Diſſe brieff de is gegeuen na goddis bort dretteinhundert Jar inne twey vnd veffftigſten Jar/ inſinte Peters tage/ alſo he gekronet wart.

Güter, ſo das Cloſter zu Eylwarſtorff erkauft.

Einahme und Anwendung des Zinſes.

Zeugen.

A. 1352.

NVM. CCLIV.

Priuilegium a Geuehardo *de* Querfurt *monaſterio* Eylwardeſtorpienſi *datum* CIƆCCCLIII. Ann. 1353.

IN nomine domini, amen. Nos *Geuehardus* nobilis de *Quernuorde* recognoſcimus per preſentes, quod *heredum* noſtrorum dilectorum uidelicet *Brunonis, Borchardi* & *Geuehardi*, filiorum & omnium, quorum intereſſe dinoſcitur, *conſen-*

mit conſens der Stånde

die priuilegia und poſſeſſiones deſſelben

gewonheyte / dörfere / vorwerck / ackere vnd alle die vorgnanten gütere ſundirlich vnd gemeynlich miteynandir vnd ouch andir gütere / di zu denſelbin gütern gehören beyde in vorgnantin vnſer marcgraueſchaft zu Luſitz gelegin ſin vnd andirswo / die ſi mit rechtim namen vnd beſitzungen vndir habn / als di ſelbin gütere in iren gengen / malen / enden vnd grentzen alvm vnd vm beſcheiden gemerkit ſin mit allin iren zugehorungin / mit welchin ſundirlichin namen man di möchte benennen / noch alle iren puncten / artikiln / ſinnen vnd vzwyſungin / als ab ſi alle von wortin zu wortin in diſen keynwörtigen vnſern brief noch einandir geſchrebn vnd geſatzt worin / di volbortin wir vnd beueſten ſi vnd vornuwen vnd biſtetigin ſi / als wir daz von keiſerlicher gewalt wol wirdeclichin tun mügen vnd fryen di gütere vnd zien ſi gnedeclichin vz von allen ſtüren / geſchozzin / beten / gedrencniſſin vnd von allin beſwerungin / mit beſchermunge diſer vnſer keynwörtigen ſchriffte vnd dorvm ſo ſal keyn menſche getürren diſen brief vnſer volbortunge / beueſtenunge / vornüwunge / vzziunge / fryunge vnd beſtetigunge brechin / adir dowedir vorſücht zu komene / in enchir wyſe / der ſal wizzin daz her kümt in vnſer ſwer vngnade vnd ſal voruallen ſin hundirt mark fynes goldis als dicke / als daz geſchiet / der hundirt mark ſal di helfte geuallen in eines keiſers Camere / di andir helfte ſal geuallen den / di vngnade geledin habn. Freyheit des Cloſters von Steuer ꝛc.

Diſer dinge ſint getzüge / der erleuchtinde Wentzlaw / hertzoge zu Sachſen vnd Lunemburg des heiligen Römſchin rychs ertzemarſchalk / di erwerdigen Johannes / ertzebiſchof zu Prage vnd des heiligin Römſchen ſtuls legate / Lamprecht biſchoff zu Strazburg / di erlüchtinden herrn zu Bregen vnd Zeugen.

vnd Presenco von Teschin hertzogin/ di edil Petir von Wartemberg/ vnſers keiſerlichin houes meyſtir/ Joh. fon Wartemberg/ burcgraue zu Prage/ Beniſch fon Wartenberg genant fon Weſſil/ Buſco Zeſtrenitz von Czehnitz vnd andir mer vnſers heiligen keyſertumes ediln vnd getruwin mit getzugniſſe diſer keinwörtigen ſchriffte vndir dem Jngeſigil vnſer keiſerlichin maieſtat/

gegeben in Mulberg A. 1373. Gigebn zu Mülberg noch gotis gebort drytzenhundirt Jar/ dry vnd ſübinzig Jar/ an dem neſten Donriſtage vor vnſer liebn vrowin tage lichtewye/ vnſers Behemiſchen rychis in dem ſübin vnd zwentzegiſtin/ des Römſchen in dem Achtzenden Jare.

NVM. CCLXXI.

Decretum de indulgentiis *a* Conrado, *epiſcopo* Miſnenſi, *datum* CIↃCCCLXXIII.

Ann. 1373.

Conradus Miſnenſis epiſcopus

CONRADVS Dei & apoſtolice ſedis gratia *epiſcopus Miſnenſis* uniuerſis & ſingulis ſancte matris eccleſie fidelibus ſalutem in domino ſempiternam. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, tunc pia uota fidelium de ineſtimabili eius maieſtate ſperantium benigno fauore proſequitur, dum deuota ipſorum humilitas ſanctorum precibus & meritis adiuuatur. Cupientes igitur, ut *capella* monachorum de *Dobrilug* ſituata & fundata in ciuitate *Luckow* noſtre Miſnenſis dioceſis in honore beate uirginis Marie, corporis Chriſti & beate uirginis & martiris Barbare necnon & Sigiſmundi patronorum dicta capella conſecranda congruis honoribus frequentetur & ad eam cauſa deuotionis prouidentia Dei imploranda copioſius confluat populus Chriſtianus, omnibus Chriſti fidelibus uere

concedit cunctis capellam monachorum Dobrilucenſium in Luckovv ſitam

uere *penitentibus, confeſſis* & *contritis*, qui prefatam capellam orationis, deuotionis aut peregrinationis cauſa frequentauerint ſeu uiſitauerint, in *feſtiuitatibus* infra ſcriptis uidelicet *natiuitatis, circumciſionis, epyphanie, reſurrectionis* & *aſcenſionis* domini *paraſceues* & die *cene* ac *conceptionis, annunciationis, aſſumptionis, natiuitatis Marie* & *purificationis, natiuitatis* & *decollationis Iohannis* baptiſte ac beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli, Iohannis, Iacobi, Thome, Bartholomei, Philippi Iacobi, Symonis* & Thadei, *Mathie, Mathei, Andree, Luce, Marci* & aliorum apoſtolorum & euangeliſtarum ſanctorumque *Georgi, Laurentii, Vincentii, Steffani, Dioniſii, Donati, Clementis, Mauricii* ſociorumque eius, decem milium militum martirum ac beatorum confeſſorum, *Martini, Nicolai, Egidii, Allexii, Baſilii, Gregorii, Ieronimi, Auguſtini, Ambroſii* necnon ſanctarum uirginum *Agnetis, Agathe, Cecilie, Katherine, Margarethe, Barbare, Dorothee, Lucie, undecim milium uirginum, Marie Magdalene, Eliſabeth, Anne, inuentionis* & *exaltationis ſancte crucis, penthecoſtes, commemorationis* omnium *ſanctorum* ſeu animarum, *dedicationis* ſeu patronorum prefatorum dicte capelle feſtis, necnon & per octauas predictorum feſtorum octauas habentium, *ſingulis* quoque *diebus dominicis*, ipſam capellam acceſſerint, aut in ea *miſſas*, predicationes aut alia diuina officia audierint, aut qui ad *fabricam* ſeu *cultum* diuinum capelle ſupra dicte *aurum, argentum, libros, calices, luminaria* aut alia *ornamenta eccleſiaſtica*, aut *pias elemoſinas* in rebus quibuſcunque donauerint uel *manus* porrexerint *adiutrices*, aut aliquid quodcunque pro *teſtamento* legauerint, quando & quotienscunque premiſſa, uel aliquid premiſſorum fecerint

feſtis diebus uiſitantibus

aut ei aliquid donantibus

40. dies indulgentiarum — rint ſeu impleuerint, *quadraginta dies indulgentiarum* iniunctę ipſis penitentię, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius confiſi ſuffragiis in domino miſericorditer relaxamus. In quorum omnium teſtimonium ſecretum noſtrum preſentibus duximus appendendum. *Datum* Dobirlug *anno domini M CCC LXXIII, ſabbati ante dominicam* Oculi, *in die uidelicet beati* Guberti. Et nos *Franko* Dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Leroſſenſis, gerentes uices in pontificalibus reuerendi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Conradi epiſcopi ecclesie Miſnenſis addimus de noſtro *XL. dies indulgentiarum* & *unum carenam* omnibus Chriſti fidelibus uere penitentibus confeſſis & contritis, qui ſe exhibuerint ad predicta, appendendo preſentibus *ſecretum* noſtrum in teſtimonium ſuper eo. &c.

Dat. Dobirluci A. 1373. Frankonis conſenſus, qui 40. dies indulgentiarum addit

NVM. CCLXXII.

Priuilegium a Gregorio *pontifice monaſterio* Dobirlucenſi *datum* CIↃCCCLXXIII.

Ann. 1373. Gregorius papa coenobio in Dobrilug

GREGORIVS epiſcopus S. S. Dei dilectis filiis *abbati* & *conuentui* monaſterii in *Dobriluc* Ciſtercienſis ordinis, Miſnenſis diocefis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, *perſonas* ueſtras & *locum*, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum *omnibus bonis*, que impreſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futu-

futurum iuſtis modis preſtante domino poteritis, adipiſci ſub beati *Petri* & *noſtram protectionem* ſuſcipimus. Specialiter autem *decimas, terras, domos* & *agros, ortos* & *alia bona* ueſtra, ſicut ea iuſte & pacifice poſſidetis, uobis & per uos eidem monaſterio ueſtro auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſaluis in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. *Datum* Auinione *kl. Iunii, pontificatus noſtri anno III.*

promittit protectionem eiusque priuilegia & bona confirmat.

dat. Auenione A. 1373.

NVM. CCLXXIII.

***Priuilegium a* Gregorio *pontifice monaſterio* Dobirlucenſi *datum* CIↃCCCLXXIII.**

Ann. 1373.

GREGORIVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis *abbati* & *conuentui* monaſterii in *Dobirluc* Ciſtercienſis ordinis, Miſnenſis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis uotis & honeſtis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri. Eapropter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes *libertates* & *immunitates* a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſiue per priuilegia ſeu alias indulgentias uobis & monaſterio ueſtro conceſſas, necnon *libertates* & *exemptiones* ſecularium exactionum a regibus & principibus & aliis Chriſti fidelibus rationabiliter uobis & monaſterio predicto indultas, ſicut eas iuſte & pacifice obtine-

Gregorius papa

priuilegia coenobii Dobrilucenſis omnia & ſingula.

confirmat netis, uobis & per uos eidem monaſterio *auctoritate apoſtolica* confirmamus & preſentis ſcripti *patrocinio* communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri
A. 1373. & Pauli apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. *Datum* Auinionis *kl. Iulii, pontificatus noſtri anno III.*

NVM. CCLXXIV.

Decretum de pietantia *in monaſterio* Dobir-
Ann. 1374. lucenſi *inſtituta* CIƆCCCLXXIV.

Prooemium NOs frater IOHANNES *abbas* monaſterii in *Volkolderode* uiſitatorque & pater monaſterii Dobirlug & frater HENRICVS *abbas* dicti monaſterii *Dobirlug* omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris ſalutem & ſinceram in domino caritatem. Quoniam dignum uidetur & iuſtum, ut ea, que pro uiuorum decenti defunctorumque ſalubri patrata noſcuntur ſolatio & inducta nullo obliuionis ſeu maliuolentie nubilo, quominus
Inſtitutio & adminiſtratio pietantiae in coenobio Dobrilucenſi. perpetuis ualeant temporibus, obducantur, congruum ualde uiſum fuit atque conſultum, quatenus modus & diſpenſatio cuiuſdam *pietantie conuentus* dicti monaſterii *Dobrilug* necnon & *ipſius adminiſtratio* ſcripturis autenticis, unde robur contrahant & perpetuitatem, diſtincte & clare mandarentur. Ne ergo huiuſmodi *pietantie* ſolatio uel uiuos uel defunctos quacunque occaſione defraudari contingat in futurum, *unanimi* dicti conuentus ordinatum eſt *conſenſu* noſtroque aſ-
cuius modus &ordo deſcribitur ſenſu ſtabilitum & firmatum, ut *miniſtrationis* dicte *pietantie modus* & *ordo* hic conſcripti irrefragabiliter uſque in ſeculum obſeruentur. In primis

mis uidelicet, quod *pietantiarius*, qui pro tempore fuerit omni anno ſingulis feſtiuitatibus infra ſcriptis *duo oua* in *brodio pipere* & *croco* bene condito omnibus & ſingulis fratribus, tam conuerſis, quam monachis, tam etiam in infirmitorio regularibus utentibus, quam in refectorio conſtitutis debebit & tenebitur miniſtrare. Et ſunt *feſtiuitates* iſte, ſcilicet *natiuitatis*, *epiphanie* & *aſcenſionis* domini, *penthecoſtes*, *trinitatis* & *corporis Chriſti*, *natiuitatis*, *purificationis* & *aſſumptionis* uirginis glorioſe, ſancti *Iohannis* baptiſte, beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum, uenerabilis patris noſtri, ſancti *Bernardi* & feſtiuitas *omnium ſanctorum*. Dare etiam tenebitur dictus pietantiarius ſingulis diebus cene a feſto paſche uſque ad exaltationem ſancte crucis omnibus & ſingulis hinc inde conſtitutis, ut ſpecificatum eſt, fratribus *ad cenam unum* & *dimidium fruſtum butiri*. Item in omni quadrageſima unam *ſportam bonarum ficuum* in uſum & ſolatium dicti conuentus diſtribuendam, memoratus pietantiarius comparabit. Preterea omnibus & ſingulis fratribus decumbentibus & quos ob ſui inualitudinem dominus abbas uel prior, laxata ſibi regulari uſque ad eſum carnium auſteritate, ad infirmitorium deputauerit qualibet ſeptimana, cuius maiorem partem ibi compleuerint, ſupradictus pietantiarius dabit & dare tenebitur, omni dolo & dilatione penitus ſemotis *duos groſſos latos* & *bonos*. Veruntamen in aduentu & quadrageſima *unum* duntaxat *groſſum*, ſicut dictum eſt, decumbentibus miniſtrabit ſeptimanatim. Et ne ob inopie cuiuſcunque neceſſitudinem obſeruantiam huiuſcemodi aboleri contingat, *cenſus* perpetuus, unde diriuetur eſt aſſignatus. Videlicet *quatuor ſexagene ſtrictorum* groſ-

assignato cenſu perpetuo.

groſſorum annui cenſus, *duodecim maltaria ſiliginis* minus duobus modiis Hertzbergenſis menſure & *quindecim maltaria* auene Luckowenſis menſure. Eſt inſuper memorie etiam commendandum, quod *cellerarius* domus ſupradictis decumbentibus dabit ebdomadibus cuilibet eorum *duas perctias butiri* integras, *duos caſeos* & *octo oua* ſine fraude. Infirmarius uero cuilibet eorum dabit ſingulis diebus dominicis, ſecundis, tertiis & quintis feriis *duo oua*. Aliis autem ſingulis quartis & ſextis feriis & ſabbatis habebunt dicti decumbentes ea, que aliis ſub lege infirmorum exiſtentibus hactenus dari ſunt conſueta, circa quos quidem infirmos ipſe infirmarius omnia antiquitus obſeruari conſueta legaliter obſeruabit. In quorum omnium & ſingulorum perennem firmitatem *ſigilla* noſtra cum dicti conuentus *ſigillo* preſentibus ſunt appenſa. Quorum & qua fungimur autoritate precipimus omnibus & ſingulis, quorum impreſentiarum intereſt & in futurum intererit & ſub bono obedientie diſtricte mandamus, quatenus modum & ordinem diſpenſationis, diſtributionis & miniſtrationis pietantie ſupradicte pretactos, quantum in ſe eſt inuiolabiliter obſeruare ſtudeant, ſcientes ſe proinde bonam recepturos mercedem. Qui uero negligentes uel doloſi in huiuſmodi adminiſtratione reperti fuerint, tanquam caritatis inimici a ſuis ſuperioribus ſeuerius corrigantur, *Datum anno domini* A. 1374. *M CCC LXXIV. in die beati* Andree *apoſtoli.*

Dona a cellerario aegrotis danda.

NVM. CCLXXV.

Ann. 1375. *Inſtrumentum* tranſactionis *inter monaſterium* Dobirlucenſe & Ioannem, *plebanum in* Dobir, *initae* CIϽCCCLXXV.

Nos

NOs CONRADVS Dei & apoſtolice ſedis gratia epiſcopus ecclefie *Miſnenſis* tenore preſentium publice proteſtamur, quod uenerabilis pater dominus *Henricus* abbas monaſterii *Dobirlug* & diſcretus uir, dominus *Iohannes* plebanus in *Dobir* in noſtra conſtituti preſentia ſuper *diſſenſione cuiusdam eccleſie* de ſpeciali licentia predeceſſorum noſtrorum epiſcoporum Miſnenſium edificate in uilla, que uocatur *Dobraſdrow*, que antea iure parrochiali ad predictam uillam adheſerat, ſopita totaliter, que inter eos pro predicta eccleſia edificata uertebatur, taliter concordarunt, quod dictus dominus *Iohannes* plebanus in *Dobir* in iam dicta uilla *Dobraſtrò* de *quolibet manſo*, id eſt de XII. manſis, habebit *unum modium ſiliginis* & *lotonem argenti* breuis monete & de quolibet manſo *unum pullum* & *unum manipulum lini*, qui uulgariter *Tzwydik* dicitur & de communi uilla *dimidium pupaueris* & *tantum* de *milio* & *unum talentum cere*. Item in adiacente uilla, que *Nuſſedil* dicitur de XII. manſis predictus plebanus habebit *XII. modios ſiliginis* annis ſingulis tempore oportuno. Veruntamen dictus plebanus & omnes ſui deinceps ſucceſſores ſingulis diebus dominicis *miſſas* in *Dobraſtrow* celebrare tenebuntur & interpolatim feriis ſextis, ſic uidelicet, ut cum miſſam feria VI. unius ſeptimane legerint, ſequenti ſeptimana non legant & ſic modum iſtum alternando ſeptimanas in perpetuum obſeruabunt. Si uero *dies celebris*, in quo populus a ſeruili opere prohibetur, in hebdomade, in cuius VI. feria miſſa celebrari debuerat, occurrerit, *miſſam* celebrabunt ibidem ipſo die feſto, ſed *ad feriam VI.* ipſius ebdomade, & ebdomade ſequentis, cuius uacat VI. feria, minime erunt obligati, hominibus autem dictarum

Compoſitio controuerſiae inter monaſterium Dobrilug & plebanum in Dobir, Ioannem, propter eccleſiam in Dobraſtrou aedificatam agitatae

uillarum eccleſiaſtica ſacra omni tempore, omni die, omni hora oportunis, impedimento quolibet ſemoto, miniſtrabunt. Preterea predictus plebanus & ſui ſucceſſores predictam eccleſiam Dobirſtrow *more beneficiorum* in Dobirlug ſuſcipient ab abbate. Quam quidem concordiam & amicabilem compoſitionem dicte partes, uidelicet reuerendus pater dominus *Henricus* abbas in Dobirlug & *Iohannes* in Dobir gratam & ratam habentes collaudarunt. Nos igitur *Conradus* epiſcopus eccleſie Miſnenſis autoritate noſtra ordinaria dictam concordiam *approbamus, ratificamus* & in Dei nomine noſtri *ſigilli* appenſione *confirmamus*, uolentes & diſtrictius ſubintimatione *anathematis* precipiendo, ut a nullo predictarum partium dicta concordia eius temporibus infringatur, aut quouis modo uioletur. *Acta ſunt hec* in Dobirlug *anno domini M CCC LXXV. feria II. qua cantatur poſt dominicam in eccleſia Dei:* Reminiſcere: preſentibus teſtibus, quorum nomina ſunt hec: reuerendus pater & dominus *Franco* epiſcopus Leroſſenſis, noſter uicarius in pontificalibus, dominus *Iacobus* de Kuntzindorf, canonicus Lubucenſis, officialis noſtre curie epiſcopalis & ſtrenuus *Gelfridus* de Dulcberg, iudex prouincialis terre Luſatienſis, *Henricus* de Tſchertitz & aliis pluribus fide dignis.

Conradi confirmatio

Acta Dobirluci A. 1375.

Teſtes.

Sigillum. Sigillum nimis *compreſſum* eſt & *ſcrupuloſum*, ut ipſum plene deſcribere non potuerim, ſed que in ipſo deprehendere potui hic ſignans. Ipſum de cera rubra eſt impreſſum *cereglauce* & apparent in eo *due ymagines* uſque ad umbilicum, quarum una uidetur habere *figuram epiſcopi*, altera *alicuius ſancti* ſub mirabili ciborio, ſub quibus quaſi inter duas columpnas apparet quedam *ymago paruiſſima*

uiſſima quaſi epiſcopi, circa quam *duo clipei* apparent hinc & hinc & eſt eius ſuperſcriptio minime apparens, ſed ut mihi uiſum eſt, ipſa eſt talis: *Secretum Conradi Dei celi gratia epiſcopi Miſnenſis eccleſie.*

NVM. CCLXXVI.

Vertrag der Streitigkeiten des Cloſters zum Doberlug mit Henrich von Tſchertitz/ welchen Thime/ Herr zu Colditz / Gunther von Droſule und Henrich von Wiliſchkewitz geſtiftet CIↃCCCLXXV.

Ann. 1375.

WJr THJME/ herre zu Coldiz/ Cammermeiſtir vnſers herrn des keiſers vnd heubtman zu Breslaw/ GUNTHER von der Dröſule vnd HEJNRJCH fon Wiliſchkewiz/ bekennen offenlichin in diſem keinwörtigen brieue allin den/ di en ſen adir hören leſin/ daz der erwerdige in gote her Heinrich Abt zum Dobirluge/ vnſir liebir geuatter vnd herre vnd mit im ſine gantze ſamenunge von ſines gotſhuſes wegin an eime teile/ von des gutes vnd houes wegin/ daz do genant iſt Frankendorf/ daz von dem vorgenantin Abte vnd ſiner ſamenunge zu lene get vnd des ſelben houes vnd gutes hatte ſich Heinrich fon Tſchertiz vndirwunden von ſiner ſweſtir Sofyen wegen/ di ettiſwenne Diterichs fon Tzikow eliche husfrow geweſin iſt/ von ires lybgedinges wegin/ daz ſi uf dem gute vnd houe Frankendorf gehabt hat vnd ouch daz der ſelbe Heinrich fon Tſchertiz vnd Mawertiz dem ſelben ſinem ſwagere Ditriche von Tzykow/ der do abegigangin iſt/ gelegen habn nüntzig ſchok groſchin/ als ſi ſprechin vnd di ſelbe vorgenante ſo offte vnd

Entſcheidung der Streitigkeit zwiſchen dem Cloſter Doberlug

und Heinrichen von Tſchertitz wegen des Leibgedinges auff dem Hofe Franckendorff

und 90. Schock Groſchen.

te võ ir lybgedinge/daz ſi tzu dem obgenantem gu-
te gehabt hat vnd Henrich fon Tſchertitz vnd Ma-
wertitz fon irre wegin/ habn ouch alle ire ſache tzu
vns geſatzt fon des ſelbin gutes vnd houes wegin/
an dem andirn teile vnd des habin wir ſi entſchei-
den/ als hir noch geſchrebn ſtet/ Tzum erſtin ent-

der Abt ſol der Frauen Sophien vor ihr Leibgedinge 45. Schock breiter groſchen geben.

ſcheiden wir/ daz der egenante vnſer herre/der Abt
mit ſiner ſamenunge geben ſal der egenanten fro-
win Soffien vor ir lybgedinge/daz ſi an dem ob-
genantin gute vnd houe gehabt hat/ fūm vnd vir-
tzig ſchok breitir groſchin/ Pregiſcher müntze/
di her ſi itzund gereite gantz vnd gar gericht vnd
betzalit hat/ dorvm̄ hat di obgenante vrowe Sof-
fie vnſerm herrn dem abte uf gelazin vnd ſich
gentzlich fortzegen mit gutin willen vnd vröli-
chem mute iris lybgedinges/ daz ſi uf dem ege-
nanten gute vnd houe Frankendorf gehabt hat.
Ouch habn wir der ſelbin vrowin Soffien enſchei-

und ihr alle mobilien folgen laſſen

den/ daz man ir ſal lazin volgen alle varende ha-
be/ di ir tzu rechte gehörin ſal/ ane daz nagilueſte/
wedeueſte vnd erdenueſt iſt/ daz ſal ſi lazin bly-
bn uf dem obgenanten gute vnd höue. Ouch habn
wir gebetin vnſern hern den Abt vnd ſine Same-
nunge vm̄ Henrich fon Tſchertitz vnd Mawer-
titz/ daz her in gnade tete an dem ſelben gelde/ daz
ſi dem egenanten Ditriche von Tzikow/ dem got
gnade gereit gelegin hatten/ als ſi ſprechin/ des hat
der obgenante vnſir herre/ der abt mit ſiner ſame-
nunge an geſen vnſir vlyzege bete/ di wir an ſi geleit

Item er hat dē von Tſchertitz und Mauertitz mit baaren gelde contentiret.

habn vnd habn den ſelben Henrich von Tſcher-
titz gigebin vümf vnd dryzig ſchok vnd Ma-
wertitze tzen ſchok groſchin von gnadin vnd
nicht fon rechte. Ouch habn wir entſcheiden/ daz
di vorgenante vrowe Soffie Henrich fon Tſcher-
titz vnd ſine vngeſundirten brüdere vnd ire erben
keine

keine auſproche ewiclich numermer gehabn ſullen an dem vorgenanten gute vnd houe vnd an ſiner zugehorunge/ were ouch/ daz den obgenanten Abt adir ſine ſamenunge iemand an ſprechin wolde vm daz forgenante gut Frankindorf/ ſo ſal der egenante Henrich vnd ſine brudere im behulfen ſin zu ſime rechten ane geuerde vnd ane alle argeliſt vnd daz wir obgenantin Thime herre zu Colditz/ **Günther** von der Droſule vnd **Henrich** fon Wilitſchkewitz diſe obgeſchrebene entſcheidinge alſo entſcheiden habn/ daz habn wir gitan mit irre beider gunſt gutem willen vnd wizzen vnd do ſint mit vns geweſt her Henrich von Seben/ Bereſch fon Peſchitzan/ Hentſchil von Kanitz/ Hans vnd Jenchin gebrudire von Redeſtoc/ die zu Liebnwerde geſezzin ſin/ Cunze von Redeſtoc/ der zu Vinſterwalde geſezzin iſt/ Jenchen Schof zu Muckenberg geſezzin/ **Claws** fon Kalow vnd **Otte** Bickeler. Vnd dor zu zu merer ſichirheit diſir obgeſchreben entſcheidunge habn wir **Thime** herre zu Colditz/ **Günther** von der Droſule vnd **Heinrich** Wiltſchkewitz als di entſcheidelute vnſer Ingeſigil gehangen an diſen brief/ der **gigebn iſt noch gotis gebort dritzenhundirt Jar/ dor noch in dem funfvnd ſubinzigiſten Jare/** an ſente Vincencius tage des heiligen merterers. Zeugen. A. 1375.

NVM. CCLXXVII.

Inſtrumentum emtionis - uenditionis *a fratribus monaſterii* Dobirlucenſis *conditum* CIↃCCCLXXIIX. Ann. 1378.

NOs fratres NICOLAVS prior, REYNARDVS ſupprior, IOHANNES, cellerarius, IOHANNES burſarius totuſque conuentus monaſterii *Dobirlug*

pau-

Henricus abbas in Dobirlug emit a Ioanne Raſik in uilla Dreſik unam ſexagenam & 40 pullos a[n]nui cenſus Adminiſtratio eius

publice recognoſcimus per preſentes, quod reuerendus in Chriſto pater & dominus, dominus *Henricus* de *Ortrand* noſter & dicti monaſterii abbas, *conſenſu* & *aſſenſu*, maturo conſilio & bona uoluntate *ſeniorum* noſtrorum & totius dicti *conuentus* accedentibus, emit iuſto emptionis titulo a diſcreto uiro *Iohanne Raſik* in uilla dicta *Dreſik*, quam a nobis & noſtro monaſterio tenet iure feodali, *unam ſexagenam* & *XL. pullos* annui & perpetui *cenſus* dicto domino abbati ad uitam ſuam duntaxat & poſt eius obitum dicto conuentui perpetuis temporibus perſoluendam. Quam quidem ſexagenam latorum groſſorum prior, qui pro tempore fuerit, ſingulis annis in feſto Michahelis colligere & dicto domino abbati quam diu uixerit & poſt uitam conuentui predicto, qualibet contradictione & dolo quocunque ſemotis debebit miniſtrare. In cuius rei teſtimonium & memoriale ſempiternum *ſigillum* ſepedicti conuentus noſtri preſentibus eſt appenſum.

A. 1378. *Datum & actum anno domini MCCCLXXVIII. in octaua epiphanie domini.*

NVM. CCLXXVIII.

Vertrag des Streits/ welchen Cuntze und Ulrich von Rodeſtock gehabt mit dem Cloſter zum Doberlug CIↃCCCLXXIX.

Ann. 1379.

Vertrag derer von Rodeſtock mit dem Cloſter zum Doberlug,

WIr CUNTZE vnd VLRICH/ geuettern genant von Rodeſtoc/ geſezzin tzu Vinſtirwalde/ bekennen vnd tun kunt allen criſtin getruwen / di diſen brief ſen adir horin leſin/ daz wir den erwerdigin vatir hern Henrichen / abt tzum Dobirluge vnd ſine ſamenunge hattin beteidinget vm̄ weſin vnd ein genilde ackirs / gelegin an evch-

hol-

holtzir velde vnd trit biz an di ſebin Borne/ do wir daz gemalt habn vnd ſtůt ſich an dem vlizchene/ daz uz den ſebin bornen get neddir biz an das heide můlchen vnd get abir daz flizchen neddir an den weſin vnd vellit mit dem vlizchene in den můlgrabin/ der do flizit uf Dresker můl vnd vort in di Telnitz/ ſo ire brieue vnd handfeſtin daz wyſen. Dorvm̄ ſin wir willeclichin abe getreten dem Abte vnd ſiner ſamenunge der teidinge allir anſproche vnd allis rechten ab wir enchiz an dem obgenanten ackir adir an den weſin hetten/ adir noch gehabn můchten/ des fortzyen wir vns willeclichin vnd gentzlichin mit allen vnſern erbin/ den Abt noch ſin gotishus Dobirluc keynez nu noch nummer dorvm zu beteidingene/ noch doran zu hindirne ane geuerde vnd ane alle argeliſt. Ouch habn wir dem egenanten Abte vnd ſiner ſamenunge vorkouft tzwey maldir kornes in Dreſiker můl vnd virtzig hůnre imme dorfe/ dorvm habn ſi vns gigebin acht vnd dryzzig ſchock breytir groſchin/ alſo daz wir vm alliz gůtlich entſcheiden ſin vnd willeclichin vns fortzyen des obgenanten ackirs/ weſin vnd můlen/ ſunderlich allir anſproche vnd allis rechtis/ daz wir an dem dorfe Dreſig adir an ſiner zugehörunge/ ab wir enchiz hettin do gehat adir noch gehabn můchten/ nu vnd zu ewigir zyt. Getzüge diſir dinge ſint di erbern rittere herr Henrich fon Sebin/ herr Hans von Buckenſtorf vnd her Cuntze von der Droſule/ her Henrich fom Luge/ Pfarrer zu Vinſtirwalde vnd andir fromer lůte gnug. Daz wir daz ganz vnd ſtete haldin wollen/ des hab ich Cuntze von Nodeſtoc myn Ingeſigil vor mich vnd mynen vettirn Vlrich/ der keyn Ingeſigil hat/ gehangin an diſen brief/ der gigebn iſt zu Vinſterwalde noch gotis gebort

Sie begeben ſich alles ihres Rechtes.

verkauffen dem Cloſter 2 Malter Korns und 40. Hüner

verzeihen ſich ihres Anſpruchs an das Dorff Dreſig.

Zeugen.

gegeben in Vinſterwaldt

A. 1379. dort druzenhundirt Jar in dem nün vnd ſebingigiſten iare/an dem ſuntage ſo man ſingit.in der heiligen criſtinheit : Oculi mei ſemper.

NVM. CCLXXIX.

Decretum Nicolai *epiſcopi* Miſnenſis *de eccleſia* parochiali *in* Kirchhayn *monaſterio* Dobirlucenſi *grauibus de cauſſis* annexa & incorporata *conditum*

Ann 1379. CIƆCCCLXXIX.

Prologus NIcolaus Dei gratia *Miſnenſis epiſcopus* apoſtolice ſedis nuncius, uniuerſis Chriſtifidelibus ſalutem perpetuam & ſinceram in domino caritatem. Quoniam ad ſingula pietatis opera tanto promptiores merito aſſurgimus, quanto ex noſtri gradus celſitudine ad ſeruiendum creatori noſtro obligatiorem nos minime ignoramus,

Monaſterio Dobriluçenſi uariis oppreſſiones perpeſſo, ſub diuerſis dominis conſtituto

Cum igitur *abbas* & *conuentus* monaſterii *Dobriluz*, ordinis Ciſtercienſis noſtre diocefis uaria & innumera continue ferre cogantur grauamina, intolerabileſque bonorum ſuorum direptiones deſperatiſſime ſuſtinere, tum quia ſub diuerſorum conſtituti dominio principum, quibus ſuis urgentibus crebris exactionibus ſepius, que nequaquam tenentur, exoluere compelluntur, quorum ſiquidem potentatus, ne dixerim tirannidis importunitate dicti abbas & conuentus ipſorumque ſubſides uſque adeo opprimuntur gementes, ut nullius blandimento conſolationis

ac hoſpitalitatis frequentia grauato

ualeant reſpirare, tum etiam quia graui hoſpitalitatis frequentia nimirum in uiarum faucibus locati intermiſſione omni ceſſante indeſinenter corrodantur, in tantum etiam, ut niſi monaſterio pre-

predicto ſalubri ocius conſulatur remedio, ipſum in deſolationem uergere & monachorum inibi degentium diſperſionem minari uideatur miſerandam. Quare predictorum abbatis & ſuorum monachorum deuotis inclinati precibus, certaque & multa edocti experientia uſque ad compaſſionis uiſcera nos prouocante & ipſis condeſcendendo *eccleſiam parochialem* in *Kirchhayn* & *altare* ſancte Marie in eadem, quorum *iuspatronatus* & *preſentatio* ad abbatem & monachos pertinere dinoſcitur & ſui *fructus* eccleſie uidelicet ad *octo marcas*, altare uero ad *duas*, ſecundum *taxam* noſtri *epiſcopalis regiſtri* ſe extendunt, poſt mortem domini Petri dicti eccleſie plebani & domini Nicolai uicarii altaris ſupradicti, in aliquale ſaltem releuamen dicto monaſterio pure propter Deum autoritate noſtra ordinaria, de *conſilio* & *conſenſu* totius *capituli* eccleſie noſtre Miſnenſis, *incorporauimus* & preſentium uigore *incorporamus*. Iuribus tamen & conſuetudinibus noſtris & noſtrorum ſucceſſorum, necnon archidyaconi Luſicenſis, qui nunc eſt & pro tempore fuerit, ſaluis & illeſis, rite conſeruatis in beneficiis memoratis. Concedentes ſepedictis abbati & monachis in perpetuum, ut unum ex ſuis, quem ad hoc magis idoneum cognouerint, uel etiam ſacerdotem ſecularem archidyacono Luſacienſi pro tempore preſentatum legitime & admiſſum, relicta ſibi pro uictu & hoſpitalitate portione debita uicarium perpetuum uel temporalem, quomodo ipſis magis expedire uiſum fuerit, in eccleſia ſupradicta ad ipſam, populum Dei & altare predictum regendum inſtituere debeant, quando & quotiens fuerit oportunum. In quorum omnium euidens teſtimonium & robur ſempiternum

In leuamen eccleſia parochialis in Kirchhain & altare S. Mariae cum iure patronatus incorporatur.

Saluis iuribus archidiaconi Luſicenſis in iisdem.

num preſens ſcriptum ſigilli noſtri autentici appenſione duximus muniendum. *Datum in caſtro noſtro* Stolpen *anno domini M CCC LXXIX. uiceſima die menſis* Maii.

dat. Stolpini. A. 1379.

Poſt hec ſcripta ſunt alia manu ea, que ſecuntur. Et nos *Nicolaus decanus* totumque *capitulum* eccleſie Miſnenſis predicte *eccleſie parrochialis* in *Kirchain* & altaris ſancte Marie in eadem *incorporationi* & *inſtitutioni* per reuerendum in Chriſto patrem & dominum noſtrum *Nicolaum* epiſcopum Miſnenſem predictis dominis *abbati* & *conuentui* in *Dobirlug*, ut premittitur, factis noſtrum adhibuimus & preſentibus adhibemus *aſſenſum* pariter & *conſenſum*. In cuius rei teſtimonium cum *ſigillo* predicti domini noſtri epiſcopi Miſnenſis *ſigillum* noſtri capituli maius preſentibus duximus appendendum.

Conſenſus Capituli Miſnenſis.

Sigilla 1. epiſcopi

Sic ergo duo ſigilla huic incorporationi ſunt appenſa, quorum primum eſt *oblongum*, de *cera rubea cere glauce* impreſſum, in quo apparent *due ymagines* quaſi epiſcoporum ſolempnis & alti ciborii, quod protenditur uſque ad ſummitatem ſigilli, quarum una ſtat *erecta*, altera quaſi *flexis poblitibus* uidetur ſtanti ſupplicare & ex utraque parte dicti ciborii apparent *duo clipei*, in quorum uno apparet quaſi *agnus Dei*, ſigna alterius deleta ſunt, ut uideri omnino non poſſint & eſt hec eius ſuperſcriptio: *S. Nicolai epiſcopi eccleſie Miſnenſis*. Alterum ſigillum *magnum* eſt & *rotundum* de *cera uiridi* preſſum in *ceram glaucam* & habet *ciborium* ſiue quaſi quandam *ſtructuram* cum *ſeptem turribus* quaſi campanalibus longis feneſtris feneſtratis & uidetur illa ſtructura inniti cuidam *columpne* ſtanti in medio directe ſub media turre & habet ipſa columpna *capitellum* quaſi lili-

2. capituli

lilium, in cuius utraque parte uidentur *due ymagines* quaſi ſanctorum, ſedentes quelibet in ſeſſorio ſuo, quarum illa, que in dextra parte ſedet uidetur quaſi librum tenere in manu ſiniſtra & ramum palme in dextra & uidetur ſcriptum hinc & & hinc: *Iohannes ewangeliſta*, que uero in ſiniſtra ſedet parte, apparet epiſcopus quaſi dextra dans benedictionem tenensque baculum in ſiniſtra ad quam etiam uidetur ſcriptum: *Donatus* & habet ipſum ſigillum ſupra ſcriptionem ualde apparentem, utpote literis longe ab inuicem poſitis & eſt talis: *S. capituli eccleſię Miſnenſis.*

NVM. CCLXXX.

Decretum Pillei, *cardinalis*, *de* annexa & incorporata *monaſterio* Dobirlucenſi eccleſia parochiali *in* Kirchhayn CIƆCCCLXXX. Ann. 1380.

PILLEVS miſeratione diuina tituli ſancte Praxedis presbiter cardinalis. Ad infra ſcripta *apoſtolica autoritate* ſuffulti, dilectis nobis in Chriſto *abbati* & *conuentui* monaſterii in *Dobirlug* ordinis Ciſtercienſis, Miſnenſis dioceſis, ſalutem in domino. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem prebere aſſenſum & uota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Sane pro parte ueſtra nobis oblata petitio continebat, quod uenerabilis *Nicolaus* epiſcopus *Miſnenſis*, loci ordinarius ex certis cauſis ipſum ad hoc mouentibus *uicariam prime miſſe* in *eccleſia parrochiali* in *Kirchhain* dicte Miſnenſis dioceſis, cuius *collatio* & *preſentatio* ad uos *pleno iure* pertinere dinoſcitur, de *conſenſu* ſui *capituli* uobis & ueſtro monaſterio uniuit, annexuit & in-

Pilleus cardinalis confirmat eccleſiae in Dobirlug

incorporationem eccleſiae parochialis in Kirchhain

Cc cor-

corporauit & alias fecit, prout in inſtrumentis deſuper confectis uidimus latius contineri. Nos uero in hac parte iuſtis petitionibus grato concurrentes aſſenſu, *unionem*, *annexionem* & *incorporationem* predictas & alia inde ſecuta, prout prouide facte ſunt atque geſte, ratas habentes atque gratas, easque *auctoritate apoſtolica*, qua fungimur, tenore preſentium *confirmamus* & preſentis ſcripti parrocinio communimus. Nulli ergo

Poena transgreſſorum

homini omnino liceat hanc paginam noſtre confirmationis & communitionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurriſſe. *Datum in* Arena

A. 1380.

Pragenſis *dioceſis XI. kl.* Martis, *pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri* Vrbani *diuina prouidentia pape VI. anno ſecundo.*

Sigillum.

Sigillum in hac pendens confirmatione *grande* eſt & *oblongum* & eſt de *cera rubra* impreſſum in *ceram glaucam*, in medio cuius apparet quaſi *ymago* cuiusdam *mulieris*, in manu dextra *ramum palme* tenentis, in cuius utraque parte ſcilicet hinc & hinc apparent *due minores ymagines* ſimiliter quaſi mulierum & ſuper caput dicte ymaginis apparet *annunciatio dominica* ſcilicet angeli & uirginis, ſub dicta ymagine apparet quedam *figura* quaſi *epiſcopi orantis* & hinc inde *duo clipei* unius forme, qui ſunt in ſuperiori parte quaſi tertia ſui parte alicuius unius coloris, infra que habet quilibet eorum ſex quaſi paruiſſima lilia & eſt eius ſuperſcriptio: *S. Pilei tituli S. Praxedis presbiter cardinalis.*

NVM.

NVM. CCLXXXI.

Decretum Pillei *cardinalis monaſterio* Dobirlucenſi incorporationem eccleſiae parrochialis *in* Kirchhain *confirmante* CIↃCCCLXXX.

Ann. 1380.

Pilleus Cardinalis confirmat monaſterio Dobrilucenſi incorporationem eccleſiae parochialis in Kirchhain

PILLEVS miſeratione diuina tituli ſancte Praxedis presbiter cardinalis, Ad infraſcriptum *apoſtolica auctoritate* ſuffulti dilectis nobis in Chriſto abbati & conuentui monaſterii in Dobrilug, ordinis Ciſtercienſis, Miſnenſis dioceſis, ſalutem in domino. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem prebere aſſenſum & uota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Sane pro parte ueſtra nobis oblata petitio continebat, quod uenerabilis pater *Nicolaus* epiſcopus *Miſnenſis* loci ordinarius ex certis cauſis ipſum ad hoc mouentibus *eccleſiam parrochialem* in *Kirchhain* dicte Miſnenſis dioceſis, cuius *collatio* & *preſentatio* ad uos *pleno iure* pertinere dinoſcitur, de *conſenſu* ſui *capituli* uobis & ueſtro monaſterio uniuit, annexuit & incorporauit & alias fecit, prout in inſtrumentis deſuper confectis uidimus latius contineri. Nos ueſtris in hac parte iuſtis precibus grato concurrentes aſſenſu, *unionem*, *annexionem* & *incorporationem* predictas & alia inde ſecuta, prout prouide facte ſunt atque geſte, ratas habentes atque gratas, eas *auctoritate apoſtolica*, qua fungimur, tenore preſentium *confirmamus* & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam noſtre confirmationis & communionis infringere, uel ei auſu temeratio contraire. Si quis autem hoc attemptare

preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. *Datum* in Arena Pragen-
A. 1380. ſis *dioceſis XI. kal. Martii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini* Vrbani *diuina prouidentia pape VI. anno ſecundo.*

NVM. CCLXXXII.

Decretum Vrbani *pontificis de* eccleſia parochiali *in* Kirchhayn *monaſterio* Do-
Ann.1380. birlucenſi *unita* CIↃCCCLXXX.

Vrbanus papa abbati ueteris cellae

VRBANVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio abbati ueteris celle Miſnenſis dioceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis & humilibus ſupplicum uotis libenter annuimus illaque proſequimur fauoribus oportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum *abbatis* & *conuentus* monaſterii de *Dobirluc* Ciſtercienſis ordinis, Miſnenſis dioceſis petitio continebat, quod olim uenerabilis frater noſter *Nicolaus* epiſcopus Miſnenſis prouide attendens, quod dictum monaſterium tam propter *hoſpitalitatis* onera, que ipſum monaſterium iugiter oportebat ſubire, quam etiam ex multis aliis cauſis erat in ſuis facultatibus adeo diminutum, quod predicti abbas & conuentus nequibant in eodem monaſterio congrue ſuſtentari & incumbentia eis onera ſupportare, *parrochialem eccleſiam* in *Kirchhayn* dicte dioceſis & altare ſancte Marie in eadem eccleſia ſitum, quorum *iuspatronatus* ad predictum monaſterium pertinebat & quorum *fructus* ad *X. marcas* argenti pro decima taxati exiſtunt de *conſilio*, & *conſenſu* dilectorum filiorum *capituli* eccleſie Miſnenſis predicto mo-

confirmationem incorporationis eccleſiae parochialis in Kirchhain, ad monaſterium Dobirlucenſe pertinentis

naſte-

naſterio, *ſaluis* tamen *iuribus* predicti *epiſcopi* & ſuorum ſucceſſorum, epiſcoporum Miſnenſium pro tempore exiſtentium & dilecti filii *archidyaconi Luſicenſis*, in eccleſia Miſnenſi, *auctoritate ordinaria incorporauit*, prout in quibusdam literis autenticis inde confectis dictorum epiſcopi & capituli ſigillis munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte ipſorum abbatis & conuentus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut incorporationem huiuſmodi *auctoritate apoſtolica* confirmare dignaremur & approbare de gratia ſpeciali. Nos igitur de premiſſis certam notitiam non habentes ac uolentes, predictos abbatem & conuentum fauore proſequi gratioſo, huiusmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi ad id *archidyaconi* predicti, ad quem *inſtitutio rectoris* dicte eccleſie de antiquo & approbata & hactenus pacifice obſeruata conſuetudine dicitur pertinere, accedat aſſenſus, eisdem abbati & conuentui auctoritate apoſtolica concedas, quod huiusmodi *incorporatio* de eccleſia & altari predictis, quorum fructus, redditus & prouentus *centum* & *quinquaginta auri* ualorem annuum, ſecundum communem extimationem, ut aſſeritur, non excedunt, ut premittitur, facta & quecunque inde ſecuta, proinde uſque ad decennium a tempore, quo ipſi abbas & conuentus eccleſiam & altare predicta fuerint uigore incorporationis huiuſmodi pacifice aſſecuti ualeant & plenam obtineant roboris firmitatem ac ſi per nos eadem incorporatio fuiſſet auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmata. *Datum* Rome *apud ſanctum Petrum III. Idus* Aprilis, *pontificatus noſtri anno II.*

demandat requiſito conſenſu archidiaconi Luſicenſis, tanquam patroni

reditus annui eius eccleſiae

A. 1380.

NVM. CCLXXXIII.

***Priuilegium a* Wittigone *abbate monaſterii* ueteris cellae *monaſterio* Dobirlucenſi *datum* CIↃCCCLXXX.**

Ann. 1380

Witigo, abbas ueteris Cellae, monaſterio Dobrilucenſi

IN nomine domini amen. WITIGO Dei & apoſtolice ſedis gratia *abbas* monaſterii *ueteris celle* Miſnenſis diocefis, omnibus & ſingulis tam preſentis eui, quam future poſteritatis Chriſti fidelibus, ad quorum notitiam preſentes litere peruenerint, ſalutem in domino ſempiternam. Literas ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini *Vrbani* diuina prouidentia pape ſexti *filo canapis* ac more ſolito bullatas, non raſas nec abolitas, ſed omni ſuſpicionis uicio carentes, recepimus in hec uerba: *Vrbanus epiſcopus S. S. Dei &c.* que ſic finiunt: *Datum* Rome *apud ſanctum Petrum III. Idus* Aprilis, *pontificatus noſtri anno ſecundo.* Poſt quarum literarum receptionem accedens ad noſtram preſentiam reuerendus pater dominus *Theodericus*, abbas monaſterii Dobriluc, ordinis noſtri, uidelicet Ciſtercienſis, dicte Miſnenſis diocefis quoddam *donationis* & *incorporationis priuilegium* infraſcriptum ſibi & ſuo monaſterio predicto per ueuerabilem patrem & dominum noſtrum *Nicolaum* Dei & dicte ſedis apoſtolice gratia epiſcopum Miſnenſem conceſſum ſuique *ſigilli* appenſione munitum, in quo & per quod *eccleſiam parrochialem* in *Kirchbain* predicte diocefis & altare ſancte Marie in eadem eccleſia ſitum legitime incorporauit monaſterio antedicto, coram nobis exhibuit & produxit ac deuote & humiliter ſupplicauit, quatenus idem *priuilegium* ac *incorporationem*, *donationem* & *appropriationem* in ipſo contentas auctoritate & uir-

Incorporationem eccleſiae parochialis in Kirchbain.

tute

tute literarum apoſtolicarum ſupradicta confirmare dignaremur. Nos igitur uolentes, ut debemus, mandatis apoſtolicis fideliter obedire, uiſo & intellecto plenius ipſius priuilegii tenore atque ſeruatis ſeruandis per plurimos fide dignos edocti comperimus, quod ex piis cauſis & rationabilibus, utpote ad ſubleuandas predicti monaſterii inopias & indigentias, quas propter hoſpitalitatis onera & aliis multis ex cauſis continue patitur, *incorporatio* dicta proceſſit & de caritatis miſerationiſque emanauit affectu, quodque de unanimi & concordi beneplacito & expreſſo *aſſenſu archidyaconi Luſicenſis*, ad quem *inſtitutio rectorum* dicte eccleſie & altaris pertinet, totiuſque capituli eccleſie Miſnenſis actum eſſe noſcitur, prefati domini abbatis precibus inclinati, prenominatum & ſubnotatum priuilegium ac collationem, *donationem*, *incorporationem* & *appropriationem* de prelibata eccleſia & altari in *Kirchbain* factas & in ipſo priuilegio contentas laudamus, ratificamus & approbamus & tenore preſentium & auctoritate apoſtolica & ex certa ſcientia confirmamus. Ita quod predictus dominus *abbas* & *conuentus* ſui monaſterii predicti & omnes eorum ſucceſſores dictam *eccleſiam* in *Kirchbain* & altare ſancte Marie eiusdem eccleſie regere ualeant & officiare iuxta mentem & continentiam priuilegii predicti per ſeculares clericos uel ſui monaſterii monachos, prout ipſis conuenientius uidebitur & magis nouerint expedire, fructusque eorundem beneficiorum, redditus, prouentus, oblationes & obuentiones percipere, poſſidere & habere. Nichilominus eadem auctoritate apoſtolica eiſdem abbati & conuentui concedimus,

cum aſſenſu archidiaconi Luſicenſis

confirmat

quoad ius patronatus

mus, quod a tempore, quo ipſi *eccleſiam* in *Kirchhain* predictam & altare eiuſdem eccleſie fuerint uigore huiusmodi *incorporationis* aſſecuti, ipſa incorporatio, ut in priuilegio dicitur eſſe facta & quecunque inde ſecuta ualeant & plenam obtineant roboris firmitatem, ac ſi per prefatum dominum *Vrbanum* papam VI. eadem incorporatio fuiſſet auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmata. Tenor uero predicti priuilegii incorporationis ſiue unionis ſic incipit. *Nicolaus Dei gratia, epiſcopus eccleſie Miſnenſis. apoſtolice ſedis nuncius* &c. finis uero talis eſt: *Datum in caſtro Stolpen* &c. ſubſcriptio uero talis eſt: Et nos *Nicolaus* decanus totumque *capitulum* eccleſie Miſnenſis predicte eccleſie parrochialis in Kirchhain & altaris ſancte Marie in eadem incorporationi & inſtitutioni per reuerendum in Chriſto patrem & dominum noſtrum *Nicolaum* epiſcopum Miſnenſem, predictis dominis *abbati* & *conuentui* in *Dobriluc*, ut premittitur, factis noſtrum adhibuimus & preſentibus unanimiter adhibemus *aſſenſum* pariter & conſenſum. In cuius rei teſtimonium cum *ſigillo* dicti domini noſtri epiſcopi Miſnenſis, *ſigillum* noſtri capituli maius preſentibus duximus appendendum. *Datum & actum in monaſterio* ueteris celle *predicto, anno domini MCCCLXXX. in die beati* Bernardi *abbatis & doctoris* egregii, preſentibus religioſis & diſcreto uiris, fratribus *Franciſco* cellerario, *Iohanne* portario & *Nicolao* cuſtode dicti monaſterii, domino *Nicolao* plebano in ueteri Rannſtede, ſtrenuisque uiris *Iohanne* de Maltitz, *Hermanno* de Reynſperg & *Thoma* dicto Gleſer, aliis quoque pluribus fide dignis teſtibus ad ſupraſcripta uocatis ſpecialiter & rogatis. In quorum omnium premiſſo-

Tenor priuilegii ab epiſcopo Miſnenſi monaſterio olim impertiti

dat. in monaſterio ueteris cellae. A. 1380.

Teſtes.

miſſorum euidens teſtimonium & perpetuum firmamentum preſenti facto *Iohannem Berlyn publicum imperiali auctoritate notarium* adhibuimus nomineque & ſigno ſuis propoſito ſolito & conſueto fecimus preſens priuilegium & mandauimus ſignari, noſtre quoque abbatie *ſigillo* pendente uoluimus communiri.

Subſcriptio notarii.

Et ego *Iohannes* dictus *Berlin*, *publicus imperiali auctoritate notarius*, Miſnenſis dioceſis, premiſſarum literarum apoſtolicarum preſentationi & receptioni necnon dicti priuilegii incorporationis exhibitioni, productioni, inſuper & ſupplicationi, dicteque collationis, donationis, incorporationis & appropriationis laudationi, ratificationi, appropriationi, confirmationi & conceſſioni, aliis omnibus & ſingulis ſupradictis, dum ſic ut premittitur, agerentur & fierent, una cum prenominatis teſtibus, preſens interfui, ea, que ſic, fieri uidi & audiui propriaque manu mea hic me ſubſcribens, ſigno meo preſens inſtrumentum ſignaui, requiſitus & rogatus in teſtimonium omnium premiſſorum.

NVM. CCLXXXIV.

Litterae Henrici *abbatis monaſterii* Dobirlucenſis *de* duobus cadis cereuiſiae *monachis* quotannis *dandis* CIↃCCCLXXXI.

Ann. 1387. Henricus abbas Dobrilucenſis donat fratribus duas tonnas cereuiſiae

Nos frater HENRICVS *abbas* monaſterii *Dobrilug* ad noticiam uniuerſorum tam preſentium quam futurorum uolumus deuenire, quod pro recreatione ac ſingulari ſolatio noſtri conuentus *duas tunnas* de *bona cereuiſia* comparaui mus

muſ de *propriis noſtris denariis*, uidelicet pro *quinque & dimidia ſexagena groſſorum Pragenſium*. Ita quod annis ſingulis burſarius, qui nunc eſt, aut pro
quotannis diſtribuendas. tempore fuerit, de ſupradicta ceruiſia *unam tunnam* in die ſanctorum apoſtolorum *Symonis* & *Iude*, aliam in die ſancti *Andree* perpetuis temporibus in refectorio noſtro conuentui ad prandium de mane miniſtrabit, omni contradictione & occaſione qualicunque proculmota. In cuius rei euidentiam firmiorem hanc paginam noſtro *ſigillo* una cum *ſigillo* noſtri conuentus communitam dicto noſtro conuentui dedimus pro cautela & munimine ſempiterno. *Datum* Dobirlug *in no-*
A. 1381. *ſtro infirmitorio anno domini MCCCLXXI. in die* annunciationis beate Marie uirginis glorioſe.

NVM. CCLXXXV.

Decretum Ioannis, *abbatis in* Volkolderode, *de* emtione LX latorum groſſorum *conuentui* Dobirlucenſi *aſſignatorum conditum* CIƆCCCLXXXII.

Ann. 1382.

